

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154151122-21683239X-17/fragment/page=0001

V. 240.

Mitis

2 partes in 1 vol.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-21683239X-17/fragment/page=0002

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-21683239X-17/fragment/page=0003

Thomæ Mitis Lymusæi

SYNOPSIS BIBLICAE LIBRI V. ET TOTIDEM CORONIDES cum COROLLARIO & Carmine Sæculari.

PRIMA FARRAGO SACRORVM METRORVM, *in quorum genera suo posita loco tabellæ, quomodo etiam Præfatio viri Clariss:* GEORGII *à* SVDETIS, *Medicinæ Doct: invenientur.*

a 240

PROTESTATIO AVTORIS.

Quod hîc Historiâ erutum sacrâ haud sit
Terrendum ad reprobos, bonos juvandum:
Quod Vatum basim, Apostolorum amussim,
Eodem scopo utrisq;, Christum Iësum
Non spiret Biblicæ *Metro* Synopsis,
Fiat ἄμετρον *omne id, & profanum.*

PRAGAE, PROCVDEBATVR
TYPIS GEORGII NIGRINI.
Anno salutis,

M. D. LXXXVI.

Ad Librum. PETRVS CAPELLA
ab Elbing.

EXi, docte libelle: quid moraris?
Te Mitis bonus & pius Poëta
Extremo ante obitum furore forsan
Motus Christiadum (velut canorus
Cygnus fata sua ante) doctiore
Versu, & tam facilis locutionis
Cursu sollicitâ expolivit arte.
Exi docte libelle: quid morâris?
Contemnas rigidos, graves, severos
Censores: quia te suam tenellam
Vestivit sobolem Parens venusto
Cultu, hinc ut placeas, juves, canaris:
Cunctos nam Superûm elegantiores
Flores, carmina puriora cuncta,
Quæ sacris retinentur aucta libris,
Congessit varij lepôre metri.
Ergo, docte libelle, quid moraris?
Exi, culte libelle, docta patris
Clari progenies: tibi quod optat,
Quod Mitis pater optimus meretur,
Donabunt Superi perennis ævi
Felicem genium. Ire quid moraris?

AD S. C. MAIEST. (SEcundum Dei in trinis unius, gratiam)

Officiarios, & omnes litèratos Superiorum Ordinum in Regni Bohemiæ Coronâ:

Ad ampliſſ: PRAGAE TRIVRBIS Coſſ: ac Senatores, ijſq; additos Xviros, & VIviros eximios:

Ad vigilantiſs: Magiſtrum VINETORVM circa Pragam, &c. DDnn. amicos, fautores & patronos exoptatiſsimos

STRENA An: ſal. 1586.

Hactenus æthereo deductum culmine Flamen,
Concinui lyricis per ſacra metra modis,
Hactenus in patriâ dulci, Templiſq; Scholiſq;
Panxi divinæ carmina mentis opus,
Hactenus occinui citharâ ſtridente patronis,
Non malè qui ſtudijs conſuluêre meis:
Quod ſupereſt ævi, ſeu temporis hujus agendi
Poſtmodò, id omne tibi, Chriſte, dicare paro.
In noſtro primus ponêris & ultimus autor
Metro, materies tu mihi cujus eris.
Te mecum pangens Eccleſia ſancta celebret,
Dum tibi ſacra parans, voce, lyrâvé ſonet:
Te ſchola Pragenſis Studij canat, aucta ſuorum
Doctrina, ingenio, moribus, arte, ſtilo,
Sêu pedes incedat, prorsâvé feratur in aures,
Oravé, victurus ſortis honore, virûm.
De noſtris quicquid ſtatuet pia fama libellis,
Quorum Farrago hæc prima gerit titulos,

Suscipiam gratus, revereborq; omne secutus
Iudicium, si quæ, posteritatis, erit.
Vos Christo interea commendo: meq; meosq;
Tutelæ vestri trado patrocinij.
Cõmendata sit huic Bibliorum hæc nostra Synopsis
Cum Chronicis, necnon quinq; Coronidibus.
Consulite in medium, quo nunc Ecclesia crescat,
Publica Res surgat, Patria sospes agat,
In Climacterico nempe orbis totius anno,
Annum post geminum qui miseræ illi aderit:
Iamq; rei istius præludia multa supremam
Crebrò visuntur signa præire diem,
Quâ Iudex aderit rutilanti in nube: daturus
AEquè digna bonis præmia, digna malis.
Vos Deus excelso cum Cæsare, regeq; nostro
RODOLPHO servet propitiante manu.
Hac nobis si non collapsam restituat rem,
At spem contra spem, reddat utrinq; ratam:
Cui labor hic omnis noster desudat, & olim
Sudabit fructu fertiliore magis,
Res angusta domi, necnon accisa supellex
Si minùs obstiterit sorte coacta gravi,
Quâ quoq; tum lætâ, Deus est dignissimus omni
Tempore, Christigeno pectine & ore cani.
Quid tamen indignis canere aut servire putandum
Edendi sumtûs perditione, libris? (est
Gratia quantalibet quid erit, si gratia verbis
Sit modò, nec factis reddat amore vicem?

Regibus

Regibus accepti vates, Ducibusq3 probati
Et Patriæ grati, consuluisse queant,
Hujus & illorum pietas, cantataq3 virtus
Expers ut mortis, non malè repat humi:
Sed volitet toti penitus notissima mundo,
Exors in totum funeris & tumuli.
Sic hodie vivit, vivetq3 in sæcula Cæsar
Carolus, & Quarti nomine dictus erit.
Sic alij vivent, quos vatum tangit & angit
Cura: fame haud famã, Carmine stramẽ emãt.
Quicquid id est, vel erit vitiato ex more, ferendum
Privatim & publicè, temporibusq3 malis,
Me juvet erectum Christi pietate, benigni
AEquâ mente pati sortis utrinq3 vices.
Mî loto amne sacro, tum sanguine carneq3 pasto,
Sacra inter sanctè metra mori liceat,
Qualia post Biblicã, vobis quã inscribo, Synop
Ex Instrumenti duplicis Historiâ, (sin
Farrago édetur reliquorum haud una Tomorum
Christiados Fidei, perficiente Deo,
Ac vitam & vires mihi prolongante deinceps,
Vt cum patre suo finiat istud opus,
Quod malè tornatum, limâ ac incude refingo:
Annuat & faxit Christus id Emanuel,
Quem cano nunc, olim recinam altâ sede potentem
Cum Genitore, sacro & Flamine, Numẽ idem.

Thomæ Mitis Lym:

AD LECTOREM CHRISTIANVM,
Præfatio Viri Clarißimi Georgij à Sudetis, Medicinæ Doctoris.

NVllū mihi dubiū eſt, Lector Chriſtiane, notū tibi eſſe, quæ eximius Dei Propheta Daniel cap. 12. ubi de mortuorū reſurrectione, præmijs piorū, & impiorū ſupplicijs, ex revelatione S.S. loquēs, ſcripto in cōmendationē eruditæ pietatis, piæq; eruditionis cōmemorat, ſeu, veluti vates, potiùs prædîcit: Doctores, inqens, ſplēdebūt ut ſplendor firmamēti, & q multos ad Iuſticiā adducūt, ut ſtellæ ſempiternis tēporibus. Magna ſanè cōmendatio veræ pietatis, piæq; eruditionis, & digna quâ omnes boni, adverſus vulgi, & imperitorū judicia cōfirmētur. Diſcimus.n. hinc, quæ vera ſit eruditio, & in quē finē cōparari eā oporteat: nimirū quòd ea ſit, quæ veros & durabiles parit fructº, ſalutarē videlicet Dei cognitionē, verūq; illius cultū: quę nō ſemp in Doctore reſideat, ſed diffundat ſe foras, aliorūq; ſerviat ædificationi, veras rudiū animis inſtillet opiniones, ac de religione, & omni genere officij utiliter eos inſtruat: ſegnes excitet

excitet ad virtutẽ: ſenſu peccatorũ cõſternatos, efficaci cõſolatione erigat: errantes in viã revocet: pertinaces cõvincat: rectè ſentientes confirmet: deniq; verum ſpiritualis alimenti uſum ſuppeditet mentibus: nimirũ ſanitatẽ intellectûs, robur & fervorẽ ſpiritûs. Hac eadem ſententiâ refutatur error pernicioſus quorundã, qui hunc ſtudiorum finem ad ſolos Theologos, ſive potiùs Eccleſiarũ miniſtros reijciunt: ſed quàm rectè, ipſi viderint. Certè ex doctrina Apoſtolicâ diſcimus, mutuas cõſolationes, admonitiones, exhortationes veras & efficaces, à ſingulis Chriſtianis exigi: quod citra divinarum literarum cognitionẽ præſtare, poſſibile nõ eſt. Servit etiã cõſolationi ijs, qui Christo & Eccleſiæ doctrinâ & ſcriptis ſuis operã locantes, in nullo ferè, quoad hîc vivunt, habẽtur pretio, quaſi operam luderent, dũ pietatis Chriſtianæ propagationẽ ſtudioſè urgeant: verùm gloriæ amplitudo tã ſancto utiliq; labori ꝓpoſita, ſufficere debet ad impietatis hujus refutationẽ. Itaq; Thomæ Mitis noſtri, noſtratisq; Poëtę ſacri, ſtudium valdè

ꝑbo, & cõmendatione dignũ judico: qui vitæ hujus ſcopũ ſibi cõſtituit non otiũ & voluptates, non lucrũ ſordidũ, (neq; n. res illius tã eſſent, ut ſunt, tenues & acciſæ:) nõ famã temporariã, ſed ſolã Dei gloriã, Eccleſiæq; ipſi⁹ ſalutẽ: id quod teſtatũ reliqt ſcriptis ſuis æternâ memoriâ dignis, præſertim verò hiſce V. libris Synopseos Biblicae, totidemq; Coronidibvs cũ Corollario, & Carmine Saecvlari, ita invicẽ collatis & conjunctis, ut promiſſiones Veteris Teſtamenti explicentur & cõfirmentur novi veritate, sêu prædicatione Evãgelicâ, prout videre eſt libro I. Synopſeos, in qua Creationis rerũ ꝑpter hominẽ, ejuſdemq; ꝑpter Devm, cauſæ explicantur, nõ ſine teſtimoniis Vtriuſq; Inſtrumẽti, de Patriarchis, Prophetis Majorib. IIII. Minoribusq; XII. totidemq; Apoſtolis, eorũq; vocatione & vitâ: Coronarvm inſup Propheticarum & Apoſtolicarũ, adeoq; miraculorum ſoli Deo, & Filio ipſius Meſſiæ propriorum: cujus beneficia inſeruntur paſſim & decantantur. Eis reſpondent Coronides quinq;, Chronicorum videlicet Biblicorum, & Patrum

trum ante & post Diluvij tẽpora: Argumentorum insuper lectionis Propheticæ, Apostolicæ ac Evangelicæ, in festis Ecclesiæ anniversarijs: Corollarij præterea ex antiquis Rythmis in Historiam Evangelicam & Apostolicam, Apocalypseosq; unà cum Odis IX. in Orationem Dominicã, & Carmine Sæculari decantando hominibus omnium sæculorum, sed desumto ex ardentiss: precatione CHRISTI, *Ioan: 17.* Cùm itaq; satis constet, MITEM nostrum, Poëtamq; Christianum, nõ sibi, sed CHRISTO, Ecclesiæ ipsius, & Christianę juventuti, atq; scholis totâ vitâ desudasse, scriptisq; pijs, quæ in I. hanc farraginẽ congessit, prodesse voluisse, dignum judico, quẽ omnes pij & boni ament, colant, studiumq; ipsius favore, auxilio, patrocinioq; debito prosequantur & provehãt: quò reliquos etiam suos labores metricos nobiscum communicet, posteritatiq; prosit. Multa sæpe auferunt ex Aulis Mimi, scurræ, parasiti (ut alios interim turpissimarum voluptatum taceam ministros) quæ meliùs collocarentur in eos, qui salutem publicam

procurãt: nempe pietatem, morũ honeſtatem, concordiam & pacem: quibus bonis, neſcio, quid jure poſſit cõferri, nedum prę ferri. Magna pars (turpe dictu) poëtarum hujus ſæculi, non Deo, ſed Mundo ſuam locant operã, artemq; ſeu δώαμιν, pulcherrimã & utiliſs: infamant & proſtituunt, dum in rebus momenti ferè nullius, deſcribendis verſantur: vel, cùm prodeſſe debebant, vanitatem atq; vitia in maximâ hominum parte alunt: quod fit, dum hominib. ambitioſis, avaris, tyrannis adulantur: vitia vituperio digniſs: laudibus extollunt, eoq; pacto omne virtutis ſtudium, quod reliquũ eſt in ipſis, naturâ aliâs & inſtitutione corruptis, labefactât & extinguũt. At multò rectiùs Mitis noſter Christvm regem mitiſs: orbisq; totius Dominum, (qui nobis à Deo factus eſt ſapientia, juſticia, ſanctificatio, & redẽtio, 1. Cor: 1.) carmine vario, dulci, & pio canit, atq; celebrat, exemploq; præit ſuo juventuti ſtudioſæ Poëſeos ſacræ, faciendi eadem: nec modò juventutem, ſed omnis etiam ætatis, ſexũs ac conditionis, homines ad cognoſcen-

gnoſcendum, & celebrandum EMANVELEM invitat: ejus beneficia, per ipſumq; partam ſalutem tam cōcinnè ac dilucidè, tantâq; copiâ rerum divinarum, & varietate orationis, metrorumq; exponit, ut nimium ſtupidus, & alienus ab omni ſenſu religionis & pietatis ſit oportet, qui non illis afficiatur, ad DEIq; laudem & cultum permoveatur. Ac ſi quæ mea eſſet autoritas, moderatoribus ſcholarū, inſtitutoribusq; juventus is eſſem autor, ut inter exercitia pietatis, poſt doctrinam Catechiſticam, proponerent juventuti ſacros ejuſmodi libellos, ſpirantes Sapientiam cœleſtem, potiùs, quàm prolixis & inanibus gloſſematis (quod me puero factitatum fuit) tenera puerorū ingenia onerarent, inq; ſtudiorum progreſſu remorarentur. DEVS Opt: Max: gubernatoribus Eccleſiarum, Scholarū, & Rerumpubll: eam inſpiret mentem, ejuſmodi curam atq; ſtudium in eis exuſcitet, ut (ſi tamen volunt ritè ſuo defungi officio) juventutis, quæ eſt ſeminarium Eccleſiæ ac Reip. majorem habeant rationem, quâ curent illam rectè in-

ſtituí verâ in pietate, omnibusq́; vitæ Chriſtianæ officijs, eosq́;, qui docendo & ſcribendo atq; exemplo laudabili de illis bene merentur, ſibi habeant commendatos. In quorum numero cùm hic noſter Mitis nō infimum obtineat locū, dignus eſt quem omnes, ut dixi, boni & pij ament, colant, illiusq́; lucubrationes & labores merito honore ac præmio fovere, ac p-vehere non dubitent: ei à Christo Iesv exoptantes longiorem vitam, viriumq́; facultatem pro continuandis, & evulgandis etiam reliquis ſacri argumenti farraginibus: id quod ſpero facturos omnes, quibus Dei gloria, Eccleſiæ & Patriæ ſalus curæ eſt, ſicuti meritò eſſe debet, cùm & Deo grata ſit, præmiaq́; certiſs: & ampliſs: ſibi ab illo parata & conſtituta, in hac vita & futurâ, habeat. Pragæ noſtris ex ædib. 1. Decembris. Anno ſalutis

1585.

Ad

Ad eundem Lectorem DAVID CRINITVS de Hlavvaczovva.

VT medicus solers, multâq; industrius arte,
Paucula de multis elicit ignis ope.
Paucula, at illa quidem minimè vulgaria, magnis
Quæ tamen inprimis usibus esse queant:
Ante alios Mitis sic clarus Apolline Christo,
Elicit è sacris pauca, sed apta, libris.
Id velut ostendit Bibliorũ parva Synopsis,
Quam dedit adflatus pneumatis igne sacri.
Corpora qui curant, laudantur; mentis at ægræ
Insigni medico non erit ullus honor?
Indignùm: sed sunt ita tẽpora, in his quoq; mores,
Corporis ut curâ, curam animæ vitient.

M. IOANNES STRYALIVS à Pomnauss.

QVi legis hæc Thomæ divina poëmata Mitis,
Fac, animo vigili, quo dedit ille, legas.
Quæ pia, sancta, pudens secum meditatio versat,
Fructu cuncta solent uberiore capi:
Quando intellectum scriptis sensumq; salubrem
Cœlestis confert aura benigna patris,
Quâ sine, nil doctrina potest, sapientia nulla est,
Quæ studijs addat consilijsq; decus.
Hac, verboq; Dei jussos moderante laborest,
Nil obsunt animo cera stiluq; pio.

ADAMVS CHOLOSSIVS Pr: Laun:

NOn Helicon solùm, nec solùm Phocidos unda
Dulce poëtarum format in ore melos,
Ast etiam Hercinio tellus circundata saltu,
(Externis falsò barbara dicta viris)
Protulit en vatem simul & re, & nomine mitem,
Hunc scripsit rarâ qui pietate librum,
In quo non fictos, Satanæ ludibria, divos,
At celebrat veri facta stupenda Dei.
Illius exemplo discas, studiosa juventus,
Vt vivas, summum concelebrare bonum.
Carmen enim natum bene, seros durat in annos,
Cujus materies gloria lausq; Dei est.
Magna licet veteres cantent sine numine Chri-
Cui tamen is dictat carmina, major erit. (sti:

BERNHARDVS STVRMIVS, Iglaviensium Notarius.

QVisquis perleget hanc brevem Synopsin
Thomæ Mitis, amabilemq; cantu
Sacrorum variabili metrorum,
Et haustu saliente cor ad imum,
Is, fructu pereunte nil laboris
Parvi, at spe potioris hinc lucelli,
Et gustu admonitûs fidelioris,
Biblici spatiosioris horti
Se decerpere flosculos videbit,
Quisquis perleget hanc brevem Synopsim.

IOAN-

M. Ioannes Kernervs Professor Acad: Pragensis.

Non præter causam Dircæo, Cygne, parenti
Votus es à Vatum dulce canente choro.
Tum quòd sis corpus niveâ obsitus undiq; plumâ,
Tum quia vicinus, pangis amœna, neci.
Vnde nivem pennis præcellis, Aëdona cantu,
Clausurus, fato iam properante, diem.
Hinc te jure suo Thomas in stemmate gestat,
Thomas, qui Mitis *nomen in omen habet.*
Candidus hic etenim nullis se fraudibus infert:
Et fugit ut rabidum verba dolosa canem,
Deniq; Cygnea modulatur voce Poëma,
Quod sibi Christigenæ composuêre deæ.
Etsi fama priùs nostras celebrata per oras
Excrevit Mitis, *tangere digna Polos,*
Incrementa sed hoc nulli temnenda resumet,
Autoris studio quod modò fecit, opus.
Attamen est inter niveum discrimen olorem.
Et Vatem patrij non sine laude, soli,
Quòd modò Ledæus cantillet carmina Cygnus,
Vltima cùm mortis provenit hora suæ:
At noster multis Cygnus modulatur ab annis,
Et propior morti, dulce piumq; canit.
Ille fidem faciet, quem volvis, amice, Libellus:
Si modò non Momum, qui pia carpit, agas.
Ergo ardes quisquis veræ pietatis amore,
Hoc opus evolvens, sume, resume. Vale.

Vitvs

VITVS OPTHALMIVS Xvirûm Novæ Pragæ, Notarius.

SI pia Musa mori cultum vetat arte poëtam,
Si facit ingenio vivere post obitum:
Si satis est Christum *nosse, & dixisse, rametsi*
Cætera non fuerint cognita, dictavé sat,
Sacra, Deumq́; *canës, Patrẽ, & cũ Flamine, Na*
Cultoresq́; Dei, quos sacra pagina habet, (tũ,
Extento vivet bene Thomas Mitis in ævo,
Vatibus & sacris annumeratus erit:
Cuî, pie Christe, *tuo vati fer præmia tandem*
Vitæ cœlestis, cœlituumq́; chori.
Fac, magis æthereæ meditetur carmina sedis,
Vt celebrêre sacri plurimus arte metri:
Notior Herciniysq́; jugis, bifidoq; Leoni,
Albicat in cujus vertice cauda cygni.

THOMAS MITIS Iunior.

ISta mei patris Bibliorum lecta Synopsis
Summam sacratæ continet Historiæ,
Quâ Patrum & vatũ de Christo *mutuus extat*
Consensus, necnon testis Apostolici,
Hîc exempla reis sunt pœnæ, hîc præmia justis,
Cautelam ad reprobo, subsidiumq́; probo
Iamq́; tibi datur, ô pubes studiosa poësis
Divinæ: studijs parva, sed apta tuis,
Quæ pariter senibus sit non temnenda, vel ulli
Ordini & ætati: grata fruare datis,

Ac per-

Ac persolve Deo grates, qui fecerit edi
Primitùs hæc: faciat plura deinde sequi,
Quæ farraginibus reliquis ædenda supersunt
Laudem in Meßiæ, rem quoq; Christi genam.
Hanc is promoveat, Patriæ conservet at illum
Incolumem, & vegetum tempora longa senem,
Cujus ad exemplum juvenes pangamus Iësum
Hîc modò, at in superis post pia fata, choris.

Matthias Zeiss à Pirnauu, Thomae Miti Lymusæo, Vati Bohemico.

Fortè, quid in mentẽ mihi venerit, optime Miti,
Ad te ne dubitem scribere pauca, rogas?
Fors mirare, meam quæ namq; audacia mentem
Iusserit imparibus iungere verba modis,
Et sacrare tuis, doctißime Miti, Camœnis,
Cùm tua sit facies non mihi visa priùs?
Ne mirêre: Tuæ namq; admiratio laudis
Me metam hîc paulùm transilijsse facit.
Ipsa (uti scis) virtus, virtutis & inclyta fama,
Suppeditat stimulos & grave calcar habet,
Vt quos præsentes non ullo videris ævo,
Sæpius ex animo non simulanter ames.
Audio Boiemis quòd sis celebratus in oris,
Audio cantari nomen honore tuum:
Namq; tenes homini concessas cœlitùs artes,
Quæ sunt omnigeni fons & origo boni.

Sæpe

Sæpe ego doctorum didici ex sermone virorum,
Quantum Pegasei numina fontis ames:
Quantum sis comis, quantum sis mitis in omnes,
Mutua qui tecum iura fovere student.
Ingenuas igitur si scire fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse feros,
Spes mihi certa fuit, tenui quòd carmina filo,
Sint etiam Musis grata futura tuis.
Anni quingenti cum mille & septuaginta
A Natali ierant, maxime Christe, tuo,
Quando Pirnensis veneranda corona Senatus,
Addictum studijs me iubet esse bonis:
Scilicet, augustam cùm me transmittit in urbem,
A qua cognomen Misnica terra gerit.
Tunc ego iudicijs patriæ, patrijq; senatûs
Obsequor, & ludum quem voluêre, peto.
Illic iura dabat, & virgea sceptra gerebat
Fabricius, Clarij maxima fama chori.
Hic, cùm discipulos illâ formaret in arte,
Quæ docet in certos iungere verba pedes,
In Vatum laudes faciebat verba sacrorum,
Quos inter celebris tu quoq; Mitis eras.
Namq; (fatebor) ait, quantumvis barbara multis
Visaq; dictaq; sit terra Boëma viris.
Ac si non doctos amet, aut det præmia doctis,
Inq; sua placeat rusticitate sibi:
Res tamen ipsa probat, vano rumore referri
Talia, & hu nullum pondus inesse, logis.

Aspice

Aspice magnanimi præstantia scripta Bouſlavv,
Qui Lobkouitio stemmate natus erat.
Magnus erat, quoties recitabat verba ligata,
Idem ubi reddebat libera, magnus erat.
Aspice, & hæc oculo lustrare memento frequenti,
Infigas q3 animis omnia dicta tuis.
Ceu reor, invenies, quæ te convincere possint,
Hanc Terram doctos excoluisse viros.
Quid Colline *tuas memorem doctissime laudes?*
Quid Traiane tuas? Quid Codicille tuas?
Vt reliquos igitur taceam, quos Bæmia rutrit,
Paruula quos q3 omnes charta referre nequit.
Cunctorũ instar erit tibi solus (ut autumo) Mitis,
Mitis *Apollinei dux q3 comes q3 chori.*
Ille, ubi Mæonio deducit carmina versu,
Virgiliana genas Musa pudore rubet.
Ille ubi sese Elegis parat insinuare Poëtis,
Nasonem Miti succubuisse liquet.
Quod si se Lyricis in carmine Vatibus infert,
Quisq; suum Miti dat q3 dicat q3 locum.
Talia Fabricius *vero sermone ferebat,*
Quando clavigeræ traderet artis opus.
Hæ igitur dictus, hac tanti voce Magistri
Incepi Vates evolùisse sacros.
Atq3 inter reliquos vigilante labore poëtas,
Quæsivi titulis scripta notata tuis.
Post longum invenio Psalmos, quos regia proles
Scripsit in erroris cognitione sui.

Et quis

Et qui de Christi preciosa morte loquuntur,
Quiq3 resurgentis fortia facta canunt,
His quoq3 Davidicus succedit in ordine Clerus,
Qui recitat, laudes, Maxmyliane, tuas.
Nempe novis titulis gaudens & honoribus amplis,
Mitis id augustum Musa parârat opus,
Quando tibi fasces & sceptra potentia regni
Boiemi à populo sunt data, dante Deo.
Num sileam vigiles curas, acremq3 laborem,
Quem tulit heroi Mitis amore sui?
Hassensteinaci Comitis dum colligit actus,
Atq3 illum à turpi vindicat interitu.
Talia cùm de te legerem, doctissime Mitis,
Tum mihi sub tacito pectore crevit amor.
Iamq3 novos capiens motus, ex corde requiro,
Quomodo sim cœtûs pars aliquota tui.
Talia dumq3 puto, mihi se quasi cœlitùs offert
Vir pius & vera relligione gravis,
Ille quidem ob solidæ pietatis & artis honorem,
Scriba in Velvurensi publicus urbe fuit.
Ast nunc in numerum cum laude receptus eorũ est,
Qui mensis spacio, publica sceptra gerunt.
Vt puto, nomen ei Lavrino VVodiniano,
Dignus, ut à Phœbo laurea serta ferat.
Ille ubi filiolum nostras afferret ad oras,
Hîc ut Apollineæ quæreret artis opes,
Teutonicæq3 simul morem ac idiomata linguæ
Privata imbiberet sub Laris æde mei,

Plurima

Plurima nobiſcum citrò miſcebat & ultrò
Verba, quibus tempus fallere cura fuit.
Iam bellatorum præſtantia facta virorum,
Iam verò doctos concelebrare choros.
Præ reliquis etiam fiebat mentio Mitis,
Quem dixi Vatem me penes eſſe gravem.
Nilq; mage in votis poſitum, quàm quomodò poſ-
Mitem *carminibus conciliare meis.* (*ſim,*
Audijt, inq; tuas deſcendens, optime, laudes,
Me iubet ad Muſas reddere pauca tuas.
Et quia te promtum ſciret, policetur is idem,
Se tibi litterulas reddere velle meas.
Hinc ego concipiens animum, promitto futurum,
Vt mea Muſa tuos tentet adire lares.
Interea obveniunt obſtantq; negocia multa,
Quæ ſemel incœptum ſæpe morantur opus:
Vt fermè ter Luna ſuos exegerit orbes,
Nec tamen, ut fas eſt, dicta ſecuta fides.
Ille ubi me tacuiſſe videt, ſentitq; diurnas
Præter pollicitum nectere velle moras,
Sæpius ad noſtros mittens bona verba penates,
Et reddens digitis verba notata ſuis,
Longa moræ tibi cauſa fuit: Quare impiger, inquit,
Rumpe moram, & dictis, cæu decet, adde fidem.
Fac tandem videam, propriisq; attentus ocellis
Inſpiciam ad Mitem carmina ſcripta meum.
Quóq; mage ex doctis poſſem cognoſcere libris,
Divitis ingenij dona ſtupenda tui.

Mo

Me Boiemorum donat farragine Vatum,
O quàm chara animo sunt ea dona meo.
Hæc ubi suspiciens vigili perlustro labore,
Invenio multis Mitia scripta locis.
Ergo ubi me toties monitis doniscq3 vocasset,
Succubui monitis pollicitisq3 viri
Et, licet ignotus tibi sim, vel dotibus impar,
Et cadat in versus crassa Minerva meos,
Cùm tamen, ob summum virtutis & artis honorem
De studio nequeam subdubitare tuo,
Transilij egregiè metas finemq3 pudoris,
Et scripsi ad Musas qualiacunq3 tuas.
Quæ, veluti stero, facies æquiq3 boniq3,
Namq3 ea vel studio sunt tibi scripta bono.
Quod peto, non magno poteris præstare labore,
Vt me respicias, meq3 favore iuves.
Nam cupio sacris coniunctior esse Poëtis,
Et cupio magnis notior esse viris.
Ergo fac, una tuos ut sim pars inter amicos,
Ac vel postremo me numerato loco.
Et si non fuerit tibi res hæc fortè molesta,
Aut etiam Musis visa aliena tuis,
Fac me participem scriptorum operumq3 tuorum,
Et me carminibus sæpe beato tuis,
Ac tibi, dum fatis lumen vitale videbo,
Non cessaturo tempore gratus ero.
Quòd si quid potero, tradam tua nomina chartis,
Et te cum sera posteritate canam.

Ac prius

Ac prius hanc animã mihi funera summa revellẽt,
Pectore quàm pietas pulsa sit ista meo.
Sed ne detineam te pluribus, optime Mitis,
Aut animo videar fidere nolle tuo,
Hîc mihi consueto sit Epistola clausa tenore,
Et capiat finem littera nostra suum.
Nam, nisi me fallit tacitæ coniectio mentis,
Nomine Mitis *ut es, re quoq; mitis eris.*
Ergo vale, utq; satis valeas, tibi cœlitùs adsit
Numine præsenti subsidioq;, Deus.

Iohannes Frederus Thomæ Mitis.

Mitis amicitiæ pangendi fœderis ergô
Hæc Mitis *miti carmina mente lege.*
Mitis doctrinæ tibi mitis gratia morum,
Mite patrocinium, mitia corda tibi,
Et mitis pietas, mitis patientia, mite
Ingenium, vultus mitis, & oris honos.
Quem Socerum, Patremq; colo, mihi fœderis huius
Tecum pangendi causa Chytræus *adest:*
Qui mihi te facie mitem, te pectore mitem,
Carmine, doctrina, moribus esse refert.
O bene conveniunt doctrina & gratia morum,
A quibus acceptum nomen & omen habes.
Mites nos iungant Charites, mitesq; Camœnæ,
Mutua sincerus pectora iungat amor.
Dant sine corde manus, voces sine pectore multi:
Vera fides paucis intemerata viget.

Nomen

Nomen amicitiæ, fine re, fine pectore nomen,
Res inimicitiæ, nomen amicitiæ.
Non auri utilitas, non assentatio palpans,
Gratia non mundi pectora nostra liget:
Sed pietas, veriq; DEI timor unius unus,
Vnius una fides, unius unus amor.
Mitia fata tibi, Neleia fata precabor:
Tu nobis reprecans mitia fata, Vale.

Eidem IOHANNES VVEIZERVS S.

ECquid ubi demis non cognita vincula charta,
Vueizeriq; legis verba notata manu,
Magna tuam subitò tenet admiratio mentem:
Dicis &: Hic scriptum cur mihi mittit opus?
Vsus amicitiæ tecum mihi nullus: at ipso
Nomine, ni fallor, nomine notus ego.
Neu fallar, rapidiq; ferant præsagia venti,
Testis Alethini littera facta manu.
Hæc docet, Aonidum decus excultissime Mitis,
Carmina iudicio nostra probata tuo:
Carmina Davididæ, Latio mihi reddita versu,
Ebræis cecinit quæ prius ille modis
Quin etiam quia pœne iacent hoc tempore Musæ,
Consultum studijs tu cupis esse meis:
Et memorem cesso testantia carmina mentem
Mittere, quæ tingant te mihi, meq; tibi?
At pudor officium prohibet: nam carmina Miti
Qui scribit, Clario scribit & ille deo.

Ipudor

I pudor hinc alio: Sic forsan mittere versus
Te minor est ausus, culte Tibulle, tibi,
Mitis ut ergo tibi cultissime fœdere firmæ
Iungar amicitiæ, te mea Musa rogat.
Nec renues, quoniam te non humanior alter,
Nec frustra Mitis nomen, at omen habes.
Scilicet ingenijs non meta est omnibus una,
Hæc sociare tamen Gratia firma solet.
Vtq; bonas artes communia fœdera iungunt,
Sic tacitus nectit pectora docta favor.
Tu sacer es Christiq; tui, Phœbiq; sacerdos,
Huius & illius sum quoq; miles ego.
Simus amicitiæ cultores unius ergo,
Vniæ ut studijs cultor uterq; sumus.
Sic tibi det longamq; Deus facilemq; senectam,
Sint tibi, sint domui candida fata tuæ.

Ad eundem. Petrvs Capella ab Elbing.

QVæ sacrata tenent complura volumina, claudis
Exiguo & lepido, docte Poëta, libro:
Argumentum ingens, & tali carmine dignum,
Carmina materiâ digna sed ipsa suâ.
Hinc igitur clarum atq; æternum nomen habebis,
Quo tibi in his terris vera trophea pares.
Hoc carmen doctum meruit, quia condijt illud
Religio & sanctâ cum pietate fides.
Non est, cur per nos quæras tibi Mitis honorem,
Hæc cùm sit studio gloria parta tuo.

MICHAEL ABELVS Francofurdianus P. L. THOMAE MITIS Lymusæi Poematis sacris

PHœbum profes-sos inter, & oscines
Libethriarum, magnanimum genus,
Parnassiæ si quos flagrantes
Frondis amor studiumq́ vexat,
Palmam viris, me judice, præripit,
Et victor ultra se reliquos vehit,
Quisquis Dei *cultum decusq́*
Nobilibus pius ornat odis.
Hic Musicæ, laudabilis hic scopus
Contentionis, huic meritò ligat
Lauri tiaram Pieris, quam
Non situs travé rodit ævi.
Non impudicis ullus amoribus,
Non ultioni, criminibus gregis
Ebuccinandis addicavit
Plectra fidemq́ probatus autor.
Mitis *poëtæ musica barbitos,*
Quâ nunc Deum, *nunc Semideos canit,*
Doctis legetur, dum volucrem
Egraq́ Muldaq́ stringet Albim.
Christi *regentis gloria & agminis*
Mater beati, relligio, tenax
Heroici virtus caloris,
Hac cupit arte tubâq́ clangi.

Christo

Christo *dicatis ergo poematis.*
Laudate vates Mitis, *jo, diû*
Vivas, & à busto triumphans,
Dona metas teneri canoris.

THOMAE MITIS Lym: in lucem mundanam PARODIA Horat:

Quem tu, Munde, semel tui
Crescentem vitij labe respersseris,
Illum nec vigor igneus
Extollet pugilem, lucis equo neq;
Vectum sumet in æthera
Sessorem; neq; mors pallida Laureæ
Insignem foliis virum,
Quòd diri satanæ fregerit impetus,
Monstrabit Superûm choro:
Sed quâ profluitans Styx inamabilis,
Radit tartareum nemus.
Postquam pango sacris carminibus Deum,
Pragæ Metropolis vetus
Me dignata bonis iungere civibus,
Regni vatibus inserit:
Hinc rodor minimè dentibus asperis.
O Spiraminis incliti,
Quæ mites modulos, Musica, dividis,
Permiscesq; metris, cygni
Collatura sonos, si libeat tibi.
Doni solius est tui,
Quòd signer calamo Christigenæ manûs:

Quòd ſacræ Lyricen chelys
A doctis reputer, ſi reputor, tuum eſt.

Eiuſdem, in Symbolum V. Cl. IACOBI MONAVI, &c. cujus in gratiam conſcripta eſt præcedens Parodia.

EXul, inops, & iners, Patriam ſuſpiro perennem:
Sol Iuſtitiæ, Chriſtus *Monavo hãc conferet.*
Hinc mihi diffidens, nihilùm confido patronis,
Rebuſvé aliÿs: fretus Redemtoris fide. (ſter
Ipſe *quidẽ* Imanuel, *hominũq;* Deiq; *ſeque-*
Faciet, *ſuperſtes hìc modò, olim in æthere,*
(Corporis exutus nexu, curisq; ſolutus)
Apud Superos, illum omne in ævum concinam,

THO. MITIS AETERNITAS VTRIVSQVE Muſicæ, ad excitandos, DAVIDEM CRINITVM, Poëtam Boh. è gravi morbo convaleſcentem:
Et IACOBVM HANDL Muſicum Carniolæ pro eorundem editione lucubrationum.

MVſica divinæ ſoboles non infima mentis,
Nata ſonare Deum, *gnara referre viros,*
AEternæ Triados iugi pro laude perennat
In genere humano cœlituumq; domo,
Hìc quibus adſimiles diverſis vocibus illi:
Ac Inſtrumentis Carmina læta ſonant:
Vtq; ſonent alÿ paſſim, excedentibus ipſis
Aut caſus vitá corporis, efficiunt.

Ingenÿs

Ingenijs genius desistet in omnibus omnis:
Omnia cum mundo lapsa cadente, cadent.
Cum disciplinis virtutes protinùs omnes
Cessabunt illic, vivis ubi, Agne Dei,
Et collaudaris cantu, metricâq; Poësi, &
Cum Patre, & Aurâ unus Iova, *perennè clu-*
Sola perennabit divinæ cantio laudis, (*is:*
Præcentore, Dei *& Virginis, unigenâ,*
Cuî quævis ætas in sexu utroq; piorum
Succinet Angelicis consociata choris.
Illius intuitu præsens præsente fruetur,
Lætaq; in æterni prosperitate statûs,
Is mihiq; & Crinite *tibi, nostroq;* Iacobo
Galliculo, *in* Christi *prodeat auspicijs:*
Quem nunc in terris canimus, socijsq; canendum
Linquimus ut modulis, sic quoq; carminibus.
Cum Superis posthac, illo donante, canemus
Angelico iuncti tempus in omne, gregi:
Interea faciles tractate sequentia mecum,
Nosq; secuturis metra rerenda date.
Præcessurus ego vos hinc abituq; obituq;,
Hîc superaturos, in statione sinam.
Ætatis iustæ decursu, lampada vobis
Trado: Deus *faxit, luceat illa diu,*
Exemploq; bono juvenes præluceat inter
Sacratos Musis, Christiadûmq; scholis.

Pragâ Veteri Festo S. Thomæ,
An: ætatis meæ 63.

GENERA METRORVM I. Farragini (numerando ab initio versuum, & intelligendo, Fol: Folium, fa: faciem, v. versum) hæc insunt.

I. MONOCOLA: *& in eis* Adonica *tetrastropha (ex Dactylo & Spondæo) Folio 59. fa:2.v.6.* Anacreontea *tetrastr: ex Iambo sive Spondæo, & Iambis duob. syllabaq; superabundante: recipiunt etiam 1.& 2.regionib. Anapæstum. Fol:66.fa:1 v.17 Ib: fa:2 v.6.* Iambicodimetra *tetrastr: (admittunt interdũ 1 & 2. locis Anapæstum & Trybrachum) Fol: 61. fa: 1. v. 5. Fol: 62. fa:2. v.21. Fol: 173. fa:2.v.penult.* Iambicotrimetra *(recipiunt quandoq; modificationis causâ, in locis imparib. Anapæstum) Fol:1. fa:2. v.7. quomodo etiam in omnib. propemodum Testimonijs. Fol:12 fa:1 v.1. Fol:18. fa:1 v.1 Fol.21 fa:1. v ult. Fol: 22 fa:1.v 1. Fol. 24. fa:1.v 14. Fol:27. fa:1. v 1 Fol· 29. fa:2.v 13. Fol: 45 fa.1. v.11. Fol: 48 fa:1. v.18. Fol:59. fa:1,v.15. Fol:65. fa:1.v.19. Fol:66. fa:2.v.19. Fol:67. fa:2.v.11.& ult. Fol:68. fa:1.v.18. Fol:68. fa:1.v.18 Fol:88. fa. 1 v.1. Fol:1. fa:1.v.6.* Trochaicodim. *tetrastr. Fol. 67. fa: 2.v. 12. Fol:72. fa: 2. v.19.* Trochaicodim. *acat. tristr. Fol:33. fa:1.v 4. Fol:35. fa.2 v.1. Fol: 36. fa:1. v.1. Fol. 44. fa.1. v.6. Fol: 45. fa: 2.v. 1.*

Fol:46. fa:1.v.1. Fol: 49 fa:1.v.9. Fol:59. fa:2.v. 17.Fol:70. fa:1.v.1.Fol:79.fa 2.v.23 Fol:87 fa:2. v.9.Fol:98.fa.2.v.29 Fol:110. fa:2.v ult.Fol:130. fa:1.v.7. Fol:141. fa:2.v.1 Fol:170. fa:1.v.1.

Hendecasyllaba, *seu* Phalæca. Fol:12. fa: 2.v.9.Fol:13.fa:11 v.ult.Fol:20.fa:1.v.ult:Fol.25. fa:2.v.9.Fol:37. fa:1.v.17 Fol:49. fa:2 v.20. Fol: 50. fa:2.v 11. Fol:53. fa:2.v.13 Fol:50. fa:2. v.7. Fol:106 fa:2.v 17.Fol:142. fa:2 v.7.Fol:175.fa:2. v.1. Choriambica *tetrastr.* Fol: 12 fa:1. v.7. Fol: 92 fa:1.v.7. Fol: 99.fa:2.v.19.Fol:175 fa:2. v.15. Alcaica dactylica *tetrastr.* Fol:107.fa: 1.v.12. Fol: 25 fa:1.v 13. Ib. fa:2 v.4. Fol: 91 fa:1. v 19 Fol:105. fa:1.v.15. Fol:107. fa: 1.v.12. Hexa-metra. Fol:101 fa:1.v.11. *Item* Coronides III. IV. V.

II. Dicola distropha, inprimisq; Elegiaca. Fol:2.fa:1.v.13.Fol.3.fa:2.v.4. Fol:4. fa:1.v.20. Ib: fa:2. v. 20. Fol:6.fa.1.v.5. Ib. fa:2. v.14.Fol:8. fa.2.v.16 Fol:10.fa:2.v.4. Fol:11.fa:2. v.15. Fol:19. fa:1.v.19. Fol:33.fa:2.v 13 Fol: 36. fa:2.v.15. Fol:38.fa:1.v.15. Fol: 39.fa:2.v.1 Fol: 40.fa:2 v 17. Fol:44.fa:2.v.17 Fol:58.fa:2.v.21. Fol:86.fa:2.v 1. & 17. Fol:95. fa:1.v 7. Ib:fa:2.v. 3.& 15 Fol:104. fa:1.v.14. Ib fa:2. v.21. Fol:105. fa:1.v. 13. Fol: 106. fa.1.v.15. Fol:108. fa 1.v 1. Fol: 110. fa:1.v.1.Fol:131.fa 1 v 13 Fol:149. CORONIS I. Hexametra *cum* Iambicodim.

Fol: 47 fa:2.v.11.Fol:57. fa:1.v 5. Fol:58.fa:1.v 1. Fol: 104 fa:2. v.14. Hexametra *cum* Iambicotrim. Eol: 23. fa: 1. v.11. Fol:24.fa.2.v 2. Fol 26 fa:1.v.20.Fol 31 fa.1.v.3.Fol:32 fa:1.v.11. Fol: 33. fa:2.v.2. Fol:52. fa:2.v. 9. Fol:53 fa:2. v.14. Fol:55.fa:2 v.1 Fol:66.fa:2.v.11. Fol:69.fa: 1.x.1.Fol:83. fa: 2. v 3. Eadem cum Iambicodī.& pentemimeri dactylica. Fol: 26. fa:1.v.20. Fol:30. fa:2. v.9. Fol:42 fa:2.v.10. Fol:51 fa:2 0.1.Fol: 6. fa:1.v.3. Eadem cum Pentenimeri Dactylica. Fol:42 fa:1. v 5. Fol:97. fa: 2.v 5. Iambicotrim.cum Pentemimeri Dactylica & Iambicodim. Fol.11 fa:1.v.16 Fol:13. a:2 v 12. Fol:15.fa:2.v.2. Fol:16 fa:v.7. Fol:26.fa 2 v.18. Fol:27 fa:1.v.11. Ib fa.2. v. 1. Fol:28.fa: 2.v.21 Fol: 30.fa:2. v. 9. Fol 31 fa:2.v.7.Fol:35 fa:1.v.3 Fol:43 fa:1 v 15. Fol: 58 fa: 1.v 17 Ib fa:1. v.13. Fol:147. fa:2.v.1. Iambcicotrim.cum dimetris. Fol,4,fa, 2,v,9. Fol,7,fa,1,v,8, Fol,19,fa,2,a,19, Fol,24, fa, 2,v, 12, Fol,27,fa,2,v,23, Fol,29,fa,2,v,1, Fol,56,fa,2,v,8 Fol,57,fa,1,v,5,Ib v,18,Fol.58, fa,2,v,13, Fol,63,fa,2,v,3, Fol,123,fa,v,13, Trochaicodim.cum Iambicis. Fol,92, fa, 2,v, 16, Econverſio. Fol, 70,fa, 2, v,13, Glyconica cum Choriambicis. Fol, fa,1,v,91. Hendecasyllaba cum Pentametro.Fol,13,fa,1,v,1, Fol, 6,fa,1,v,7,Fol,39,

fa,1,

fa 1 v 13 Fol 75 fa 2 v 3 Fol 89 fa 2 v 3 Fol 96 fa 1 v 13 Fol 104 fa 1 v 17 Fol 176 fa 1 v 9. Sapphica *cum Iambicodim. Fol 41 fa 1 v 23 Fol 60 fa 1 v 15 Fol 177 fa 1 v 9.* Dactylica *tetram. & Trochaica hypercat. cum Iambico. & Trochaico. Fol 9 fa v 17 Fol 12 fa 1 v 19 Fol 17 fa 1 v 3 Fol 25 fa 1 v 3 Fol 30 fa 1 v 2 Fol 32 fa 2 v 16 Fol 34 fa 2 v 12 Fol 36 fa 1 v 12 Fol 38 fa 1 v 1 Ib fa 2 v 7 Fol 40 fa 1 v 5 Fol 41 fa 2 v 11 Fol 48 fa 1 v 15 Fol 50 fa 1 v 20 Fol 51 fa 1 v 1 Fol 55 fa 2 v 15 Fol 62 fa 1 v 3 Item 17 Fol 65 fa 2 v 12 Fol 69 fa 1 v 11 Fol 81 fa 1 v 13 Fol 90 fa 1 v 13 Fol 108 fa 1 v 15 Fol 109 fa 1 v 11.*

III. Dicola triſtropha. Sapphica *duo cũ Glyconio Fol 61 fa 2 v 17 Fol 72 fa 1 v 3 Glyconia cum trimet. & tetram. Choriambicis Fol 100 fa 2 v 13.*

IV. Dicola tetraſt. Sapphica *cum Adonico Fol 55 fa 1 v 1 Fol 73 fa 2 v 22 Fol 96 fa 2 v 9 Fol 107 fa 2 v 5 Fol 176 fa 2 v 11.*

V. Dicola pentaſtropha *è 4 Glyconijs 5 Ithyphal. trim. Fol 78 fa 2 v 16:* Alcaica 2. cum Pherecratijs 2. *Fol: 74 fa 2 v 17.*

VI Tricola tetraſtr. *è 2 Alcmanijs 3 Alcaico Iamb: 4 Alcmanio Fol 25 fa 1 v 13 Ib. fa 2 v 13 Fol 73 fa 1 v 3. Eadem è 2 Alcmanijs 3 Pherecratio, 4 Alcmanio Fol 78 fa 1 v 5.*

CHRI-

CHRISTO IESV EMANVELI S.

Iesu Christe, Dei *progenies patru,*
Et castæ soboles unica virginis,
Afflatuq́ sacri Flaminis édite
Nobis Emanuel ades:
Vt mortale genus crimine perditum
Seruator repares sanguine prodigo,
AEternumq́ sinas viuere cum tuo,
Placato miseris, patre:
Inter nos, & eum qui Mediator es:
Pax utrinq́ pio te coit arbitro:
Peccatum superat Gratia, quam Fides
Apprêndit clypeo Spei.
Es justus, sapiens, pacificus quoq́,
Iniustis, fatuis, hostibus: aduenis,
Sumptâ carne, Deus: deniq́ subvenis
Fidentûm tibi cœtibus:
Tu nos morte tuâ de nece liberas,
Ereptósq́ stygi, restituis polo:
Vitæ ut restituas perpetuæ tuos,
Rex, supremeq́ Pontifex.
Assertos tibi nos spiritualibus
Regnis, Pontificatu tege perpeti:
Astris redde tuos, sisteq́ redditos,
Patri, tum Patriæ, exules.

DE TH. MITE CHRISTOPHORVS MANLIVS.

MItis *ad æterni celebrandum regis honorem,*
Ingenij confert dona beata sui. Auto-

Autoris Votvm pro se, suisq; liberis.

Sit mihi, sit vobis custos, dux, obses Iesus,
Vnica qui solus Spes, via, vita Pijs,
Nosq; salutiferi recreatos numine partûs,
Per Salvatoris nomina magna beet:
Vt grato dignas promamus pectore grates
Semper ei: in vita, mortis in articulo,
Hæc illi prorsùm absorbebitur, & bolus Orci
Glubetur, Christo iustificante reos.
Ipse velut moritur nobis, sic ipse refurgit
Primus, ut adiungat nos sibi membra caput,
Quos, vice Pontificis summi Regisq; perennis
Munere defunctus, sistat in Axe Patri.

Eiusdem aliud.

Sis mihi, sis cunctis custos, dux, obses, Iesu,
Vnica qui solus spes, via, vita, pijs,
Nos, tu, Pontificis summi, Regisq; potentis
Munere defunctus, siste deinde Patri.

Errata ult: pag: Q. Fol: 170. fa. 1 lin. 5. legendum est: fratribus. Ib: viris. lin: 6. conspicuus. Fol. 191. fa. 2. versu 4. exempla. Ib. versu 6. ad: rus vocu.

Ioan.

Ioan. Rvkardvs Doct. Med. in sacra Poem: Th. Mitis Lym:

VAtum decus piorum, Rore impleat, paratos
Et flos virûm bonorũ, Laboriosè & ipsos
Quos aspicit beatos Tandè in favos recõdat:
Sol pmeans Bohemos, Sic per beata cœli
Thoma ô pie et benigne Roseta dum expedito,
Tu more apis sagacis, Gressu vagaris, aurêa
Aestate quæ tepente Quæcunq; dicta libas,
Fœcunda per vireta Et cantione dulci
Leni susurro oberrans Ac mitibus susurris
Florũ liquorem amicum Alveâria in sacrata
Passim excipit legitq;, Stipas sacros libellos
Dum crura plena dulci In Biblicâ Synopsi.

Ad eundem Stanislavs Aychlervs ab Aychempum:

PErge Dei Christi præconia vera sonare
Metro præduici: vive poëta sacer.
Non tua Musa canit nugas: sed carmine culto
Odas tu Christo, Christicolisq; canis.
Vive diu, Mitis: cœlestia præmia felix
Expecta, his ut te Laurea sacra beet.

Tho: Mitis

THOMAE MITIS LYMVSAEI

SYNOPSIS BIBLICAE, LIB. I.

Summa & Scopus Sacrr. Bibliorum.

PIngit Moises, Vatum & Historum pater,
Essentiam DEI, Parentis, Filij,
Spiraminisq3: Conditoris omnium
Rerum & gubernatoris, orbe triplici,
Cum Microcosmo, Adæq3 & Euæ nuptijs,
Lapsûq3 in horto Eden, ibiq3 tradita
Promissione nascituri Messiæ.
Is SEMEN illud sacrosanctũ FOEMINAE est,
Quod CONTERAT CAPVT COLVBRI liuidum:
Quod sospitet lapsum genus mortalium,
E quo DEI cultrix, piorum Ecclesia
Aetatibus floreret orta singulis.
Necnon perennaret beatis addita
In cœlitum commercij consortio.
Hîc interim suffulta voce Euangelî,
Ictoq3 fœdere Abrahamo, cæteris
Cum Patriarchis, & nouato sæpius,
Post traditam legem in Sina monte arduo:
Legem seueram, & arguentem singulos

Originalis, proprijq; criminis.
Adduntur insuper typi legalibus
Tàm constitutionibus, quàm victimis
Signantibus Christum Dei agnũ & hostiam
Piacularem & unicam orbis totius.
Exempla cunctis proferuntur deniq;
In Sauleq; abiecto, & recepto in gratiam
Dauide, lumbis cuius édi debuit
Promissus ille Messias, cuî Iosua
Dux Israhelis, ritè prætulit typum.
Bellator imperterritus Dei hostium,
Ecclesiæq; pestium: dux agminum,
Inquàm, Chananæa in regna lactis mellei.
Porrô refert Christi figuram vindicis
Samson agone mortis augustissimo,
Qui sternit hoc complura multò millia,
Quàm vivus arduis tot in conflictibus.
Nam pestis Orci, morsq; mortis, & bolus
Satanæ, triumphatorq; splendidissimus
Rex Christus, in vitaq; & in nece, extitit:
Qualem Prophetæ bis duo è Maioribus,
Sed quattuor è Minoribus, canunt,
Verissimi mentis Iehovæ interpretes
De Messiæ conceptu, & ortu, morteq;:
In Nazarethâ, Bethlehema, IerSalem,
Eiusq; anastasi dierum tertio,

Cœlosq;

Cœlosq3 concensu ex Oliveti iugo.
Hæc exitu certo peracta, continent
Euangelistarum libelli bis duo,
Actusq3 Apostolorum, ad hæc Epistolæ,
Canonesq3, tum libri prophetia abditi,
Ecclesiæ quo fata, in hoc, & altero
Seclo, recluduntur notis fidelibus.
Agnus Dei ille Christus *& gigas sui*
Ovilis, in regno parentis cælici
Nos sistat illi sexu vtroq3, liberos
Adoptionis: at cohæredes sibi,
Fratresq3 iungat sæculis perennibus.

I. DEVS VNITRINVS. Gen. 1.

TRinus personis quòd sit Deus, *Esse sed vnus*
Demonstrat triplici Mundus hic ex fabricâ.
Voce potente Pater Nati creat, omneq3 seruat,
Seruatumq3 Aura *vivificante fovet.*
Bis tribus è nihilo producit cuncta diebus,
Atq3 gubernator, quæ tueatur, habet:
Primo, lucem effert tenebris, noctemq3 diemq3,
Separat, & certis ire facit vicibus:
Altero at extendit cœleste volumen in vndas,
Aethereâq3 poli culmen in arce locat.
Tertio, ab omni pari pelagus tellure recludit,
Quarto, cum stellis lumina magna creat.

Quinto penniger as volucres cum piſcibus édit:
Hos nantes, illas eſſe dat aërias.
Sexto, hominẽ propriâ formans in imagine, cunctis
Præponit rebus, ſed ſibi ſubdit Hero:
Quem celebrans ſolum veneretur, & invocet vnũ,
Exemploq́ Dei, ſabbata ſancta ſacret.

Teſtimonia operum S. Trinitatis.

DEVS pater per filium λόγον *creat,* Gen. 1.
Per Spiritum *creata quaq́ conſouet.*
In principio, *Deus polos creauerat,*
Terrasq́: Spiritus *Dei ſe commouens,*
Aquas ferebatur ſupra, more alitis.
Verbo Dõini *firmata Mũdi eſt machina,* Pſ. 32.
Et gloria omnis ſpiritu oris illius.
Dicente DEO, *mandante item, creata ſunt*
Per ſex dies, polo, ſalo, ſolo, omnia.
Audi Iſrahelita, eſt Herus noſter DEVS: Deut. 6.
Hic vnicus Iehoua, *non fert alterum.*
Ego *ipſe primus ſum, nouiſſimus quoq́:* Iſai. 45.
Me *præter vnicum, alter haud extat Deus.*
Ego *tenebras atq́ lucem profero.* (1. Cor. 8.
Scimus *quòd vnus ſit* Deus, *Pater, Vngena,*
Flatus ſacer: hoc ſumus, mouemur, vivimus.
Tres teſtificantur in polari regiâ, 1. Ioan. 5.
Pater, λόγος, Flamen *ſacrum, tres hi tamen*

Sunt

Sunt unum in unitate veri numinis:
Tres in solo dant iuge testimonium,
Flamen sacratum, lympha, sanguis: quæ tria
Sunt singulis unum, renatis sunt idem.
Verbum Dei *manet per omne seculum* Is. 40. Pet. 1.
Verbi *basis Dei est perennis veritas,* Ioan. 17.
Vt transeant æther globo cum terreo, Matt. 24.
Sermo tamen Christi *manebit perpetim*
Quod impero tibi, fac id, mandat Deus. Deut. 12
Nil detrahi vult huic, nec addi regulæ. Ila. 8.
Ad Legem & omne testimonium ipsius
Pij alligantur: illa lux quibus deest,
Erroribus versantur in teterrimis,
Sermonis IAE nec teguntur orbitâ.
Euangelium est virtus Dei, quæ sufficit Rom. 1.
Vel sola saluti mentibus fidelium.
Scrutamini vos sacra de Me oracula, Ioan. 5.
Quæ testimonio Mihi sunt, Christe *ais.*
Apostolicum admisêre dogma tunc pij, Act. 17.
Qui contulêre id cum libris Propheticis
Examinis cotidiani formulâ
Diuersa sunt Dei parentis munera, 1. Cor. 11.
Idem tamen largitor horum est Spiritus.
Mysteriorum magna fit diuersitas,
Sed flatus est ac distributor unicus.
Sunt efficacitatis omnes totius

Diuisiones:

Diuisiones: idem,& unus est Deus.
Scriptura quælibet Prophetica est nihil 2. Pet. 1.
Abs explicatione sancti Spiritus.

II. MICROCOSMVS.

PArvulus en mundus, sexta sub luce creatur:
Ortus humo, præstans effigiatur homo:
Magnus ab artificis fabricâ: sed dotibus amplis,
In se expressa uno, cuncta creata gerit.
Bruta dato sermone præit, rationeq; rectâ,
In qua diuinæ semina lucis alit.
Omnia scit subiecta sibi, vocitareq; certo
Nomine, suppositum se tamen esse Deo:
Quem (de crate suâ productam) noscitat Euam
Pronubum in uxorem constituisse sibi:
Vt sociam vitæ, solatricemq; malorum,
Et sibi coniunctam, præ patre, matreq; amet.
O fortunatos, si non seducta draconis
Astu, seductrix Eua fuisset Adæ,
Poma nec edissent vetitæ arboris ambo, perîssent
Hinc neq; cum totâ posteritate suâ.
Instaurabit eam primis genitoribus illud
Promissum Semen, virgineusq; Siloh.

Testimonia de ijsdem. Gen. 1.

DIxit Deus *humani artifex corpusculi:*
Hominem

Hominem Faciamus: *sed marem cum Fœmina,*
Nostræq; lucis atq; mentis semina
Impertiamus *vitæ eis spiraculo.*
En primus homo formatur ex humo rubrâ Sap.10.
Vt præses orbis, unico subsit Deo,
A quo datam vim continentem singula
Habet, sophiâ solitarium, suâ
Custodiente: lapsu & ausu noxio
Ipsum expiante per fauoris gratiam.
Dixit Deus: *ne solitarius siet* Gen.2.
Homo, Faciamus *par ei adiutorium.*
Hinc crate dormientis ortâ fæminâ,
Adæ Eua coniunx coniugi à Deo datur.
Formatus est mas, primò Adã, Eua postmodũ 1.Tim 2
Fæmella crate ex ipsius producitur.
Adam malignum cor gerens, transgressus est
Ac perditus cum posterorum posteris.
Præuaricatione fæmina in sua 4.Esd:3.
Seducta, seductrix sui fuit viri.

III. PRIMA CONCIO EVANGELII. Gen: 3.

HAec Evangelij, post formidanda severæ
Fulmina Legis, Adæ concio prima fuit,
Quâ reus auditâ, prope cum consorte revixit,
Vsurâ miseri sorte puerperij:

En inimicitias *inter, Draco, te, & Mulierem*
Ac vtriusq; genus, pono, *Iehoua tonat.*
Faxo Fæmineũ germen *caput ut terat hosti*
Hinc tibi, tu roso cui pede calcis hebes,
Insidijs studeas frustra contrarius ire,
Tam rerum & vitæ, quàm quoq; mortis Hero,
Quẽ per, adempta tibi fuerint malè parta Tyranno
Sceptra: sed horum illi restituatur honos.

EIVSDEM ASSERTIO. 1. Ioan. 4.

IN hoc Dei ille, Virginisq; filius
Orbi redempto apparuit,
Vt acta diri Dæmonis crudelia
Vindex & ultor verteret,
Aegrisq; conferret medelam: redditâ
Mundo salute perdito,
Prædis & exuto potenter Dæmone,
Orco, Nece, astris redderet
Suos fideles assecias, & milites,
Deoq; patri sisteret.

IIII. PATRES ANTE DILVVIVM. Gen: 5.

CVltor Abel *Iouæ, prolesq; parentis Adami,*
Martyrio primus fratris ab ense cadit:
Cui Seth *ter deno succedit, & editur anno,*
Excolit & patria relligione Deum.

Quam

Quam per finitimas Enos *disseminat oras,*
Cumq; suâ seruit posteritate Deo:
Cui ratus & gratus transfertur Enochus in astra
Viuus & in Patriam tendit ab Exilio,
Mathusalemq; *edit, quo non annosior alter*
Aut fuit, aut fuerit de muliere satus.
Diluuij præco Noa, *vult resipiscere Orbis,*
Arcâ conclusus, quo pereunte, natat
Ipse sed octauus seruator, & enatat, omni
Secum seruato compare prolifico:
Cumq; suis spectans renouati gaudia mundi
Seruatusq; Deo vindice, sacra parat.
Spe, sua damna leuat, promissi Seminis ortûs,
Per quod seruandus sit pius omnis homo.

Testimonia de eisdem. Hebrr: 11.

Maiorem Abel, *præ Cain, hostiam obtulit,*
Iustiq; testimonium assecutus est,
Deo loquente & approbante cœlitùs.
Adhuc Abel fide *profatur viuidâ.*
Abelis *& Vatum omnium fusus cruor,* Luc. 11.
Ac Zachariæ *inter Aram & Aedem, sanguinis*
Fusi innocenter, gens Hebræa sons erit.
Abelis omniumq; iustorum cruor Math. 23.
In vos homicidas maximos peruenerit.
Seth *in Genesi Patrum secundus ponitur.* Paral. 1.

Seth ātq; Semus *gloriâ mortalium,* Eccl 49.
In stirpe Adam Patris, integerrimi.
Enos *Cainan pater,* Sethi *sed gnatus est.*
Enoch *Iaredi filius, pater* Semi(is Eccl:44.
Sed Mathusalah) *placens & acceptus* Deo,
Adit Paradisum, & astra vivus, ut daret
Hac gentibus re pœnitentiam omnibus.
Enoch *parem in terris habebat neminem,*
Vivo receptus in polos cum corpore.
Propheta Adamo distat Enoch septimus. Eccl:45.
Octavum ab hoc, gnatum relinquit Mathsalē.
Is Lamechi pater, Noam nepotem habet,
Quem posteritatis spem futuram suscipit
Deus *pio* Noë *refert: arcu Iridis* Gen:9.
In nube firmavi, quod haud aquam, at rogos
Induxero Orbi flammeos in funera.
Ecclesiam iratus meam non arguam Is:55.
Apud Noam fœdus repostum est seculi, Eccl:44.
Ne diluvio perdatur ultra omnis caro.
Iustus Sophiâ dum gubernatur Noe, Sap:10.
Servat suos secum per Arcam sospitem.
Noæ diebus apparantur Nuptiæ. Lucæ 17.
Cumq; esculentis poculenta plurimis,
Vel quâ die debebat ille arcam ingredi,
Servandus unà cum domo, & spe prolium.
Perdit Cataclismus incolas orbis vagi.

Est

Est Iustitiæ fidus Noa *hæres illius,* Hebr. 11.
Quæ per fidem fit, & paratur ex fide.
En Iustitiæ octavus Noë præco, à Deo 2 Petr. 2.
Contemptibili servatur arcâ, at sospite.

V. PATRES POST DILUVIUM.

IVstitiæ præco Noë, benedictus at hæres
Orbis, eum replet prolibus innumeris.
Semus *in his primas fert, Iäphetusq; secundas:*
Excidit his Chamus, *cui pater opprobrio est.*
Sem *genealogiâ Messias sustinet édi, &*
Iäpheti accitum glorificare genus:
Eiusdem ut colerent tentoria ouilis utriq;,
Ac seruarentur relligione pari:
Quam pius Arphaxath, Cainasq; Salahq; professi,
Mox Heber, inde Phaleg, edocuêre suos,
Sub quo linguarum confusio facta, deastros
Excoluit, fictis dedita imaginibus.
His quoq; deceptus Ragava, Saruchus, & ipsus
Thare, Abraham fieri dat simulacricolam,
Donec Chaldæis excellens finibus, hospes
Figeret Haranæ, tesqua, domumq; sibi.

Testimonia de iisdem. Eccl: 44.

NOè *iuvandis gratus Arcæ fabricâ*
Seruatur ipse octavus, & Deo immolat,

A quo benedictus filijs Sem, Cham, Iaphet,
Mundum benedictione replet cœlica
In posterisq; posterorum præpotens,
Toto orbe seminat genus mortalium.
Semi *propago multiplex, sancta & pia.* Gen. 10.
Inter suos Christum recenset posteros.
Post diluuium biennio, Arphaxat, tulit,
Parens Heberi, filium, at patrem omnium,
A quo generi Hebræo trahuntur nomina.
Is filius Saleg, pater fuit Seleg,
Turrim ad Babel confusionis conscij:
Thare *Nahoris filius, parens* Abram
Vnà deastris seruierunt gentium. Ios. 24.

VI. PROMISSIO REPETITA ABRAHAMO. Gen. 12.

THariades *Abram descendit origine* Semi,
A Noe decimus, ceu tulit ordo Patrum,
Dante Deo, *Abrahami nomen sortitur in omen,*
Quo spem promissæ posteritatis alat.
Quæ terram Canaan, in quâ tunc exulat, hæres
Ad rem vera in re, firmiter obtineat.
Coniuge cum Sarai Lothoq; nepote relinquens
Patrem & cognatos, iussa Dei sequitur.
A quo seruatus vario in discrimine rerum,
Vxorem, ereptam sæpe sibi, recipit.

Vindicat

Vindicat inde Lothum, victor regum ipse latronũ:
Hinc circumcisâ carne, domoq3 suâ,
Promissum expectat Messiam, & sperat eundem
Germine nascendum, germen utiq3 suo.
Promittẽtẽ audit Dñinũ sibi: Semine in almo
Sit benedicta Fide natio quæq3, Tuo. Gen. 22.
Gentibus esto pater maris ex æquantibus algam,
Pictaué purpureis nubibus astra poli.

Explanatio eiusdem. Gall: 3.

SVnt Abrahæ promissiones éditæ
Sanctoq3 semini ipsius:
Non seminibus dicit, velut de pluribus
Sermo loquatur cœlicus:
At Semini tuo, *foret qui* Messias
Mundo receptus & datus.
Per hoc sacrum semen fidelis Abrahæ,
Pij leuantur cladibus:
A Legis execratione liberi,
Et absoluti crimine,
At sospitati Emanuelis gratiâ,
Fauoreq3 Patris cœlici,
Olim bearentur supernis sedibus:
Iuncti Choris cœlestibus.

Testimonia de Messia. Isa: 40.

MEßiam Ego te in fœdus meæ plebi dedi, Is:40.
Lucemq; gentium: videndum te ut dares
Cœcis, & apertâ carcerum custodiâ,
Educeres vinctos, & umbrâ & compede
Mortis retentos utriusq; solveres.
En Messias meus minister, & mihi Ib:
Electus: in quo complacente mens mea
Placatur, atq; conquieſcit unico
Per nationes universas protinùs
Is Iudicium & meam æquitatem proferet,
Meum supra quem protuli ipse Spiritum.
Quassatam arundinem ille fregerit nihil,
Linum nec extinguet subindè fumigans:
Nec tristis, aut clamosus, aut præturbidus
Terris erit Iudex statutus è polo:
Leges at eius Insulæ omnes expetent.
Quid quærit Abrahamus? an semen Dei? Isa:42.
Quem Lege Moses, & Prophetæ oraculis Ioan:1.
Scripsêre, habemus Meßiam nos éditum.
Dum Meßias advenerit, quæ facto opus Ioan:4.
Sint, nunciabit ille nobis singula:
Ille sum, qui verba profero hæc tibi.
Christi diem Abraham videns, gauisus est. Ioan:8.

Testimonia de Abrahamo. Isa:24.

EGo tuli Abraham è Mesopotammia

Terram

Terram in Canaán, adauxi & Isaci genus.
Vestrum patrem Abrahamum vos attendite, Isa:51.
Et ad Sarai vestram parentem lumina
Tàm mentium quàm corporum convertite.
Illum vocaveram unicum, sed feceram
Excrescere in immensum, fauorem per meum.
Nos Abraham nesciuit, ut neq; Israhel, Isa.63.
Es tu parens noster, redemptorq;, ac Herus:
A seculo nomen tuum est in secula.
Vnus solum possedit istud Abraham,
Quod cessit in possessionem plurimis,
Iam stirpe nobis ex Hebræorum satis.
Genealogiâ in patrũ Abraham est vicesimus. 1.Par:1.
Stirps *Abrahæ est sortita terrã gentium.* 2.Par 20.
Directus *à* Deo *Abraham est, hunc plurimæ*
Dum nationes extulerunt in suo
Consessu, ad ingentis gradum fastigij.
Tentatus Abraham, periclis insuper Iud 8.
Multis probatus, fit Deo *acceptissimus.*
Abram, Deus, *electũ vocavisti Abrahã,* Heb:9.
Chaldæo ut eductum solo agris sisteres,
Quos administro Herus fideli pactus es
De dando ei illis, iustus implêsti bono
Verbum tuæ promissionis exitu.
Iurauit *Abrahæ* Deus *pro gloriâ* In.
Gentem daturum sese arenæ, aut siderum

Cœli

Cœli instar, ac hæreditatem à flumine
Ad flumen ingens: rursùs à mari ad mare
Nouissimosq; continentis terminos.
Nostro patri Abrahæ Deus comparuit Act.8.
In gloriâ, Charras ubi nondum Incola
Ex Mesopotamiæ migrasset finibus.
Ad Iustitiam imputata est Abrahæ fides Rom.4.
Spectata, circumcisione non tamen,
Eiusue secto carnis in præputio.
Sunt semen omnes Abrahæ, qui sunt Deo Gall.3.
Et Messiæ Christo fideles seruuli.
Fides bonis factis obœdientiæ Iac 1.
Probata in Abraham, exolutaq; est probè.
Dauid, Abrahamq; Christi Iesu *sunt patres,* Mat.1
Fert pauperem sinu Abrahamus Lazarum. Luc.16.

VII. ISACVS IMMOLANDVS CHRISTO in Typum. Gen: 22.

ABrahamus vixit prope centenarius, annis
Quando minore decem, coniuge fœtâ, & anu,
Sustulit Isacum, qui dum præputia ponit,
Per patrem oblatus sustinet esse Deo.
Fit typus hoc pacto mactandi humanitùs Agni,
Et Christi insontis pro grege sontis Adæ.
Hæres Isaci, benedictum semen, Iesus
Gentibus accitis, sospitat Isacidas.

Victima

Victima dum mundi, Solymarum educitur urbe
Ad crucifigendum: baiulus ipse crucis,
Cuius adusq; necem, patri fit moriger almo,
Nosq; immorigeras sospitat Agnus oues.

Testimonia de eodem. Gen: 21.

VOcatur Isac ante conceptum sui
A patre, dictus esse filius, Saræ.
Interpres à risu vocatum dixerit,
Succrescit ablactatus in convivium:
Præputij octauâ sui sectus die est.
A morte genitricis dolorem mitigat Gen.24.
Amore matrimonij casto sacri,
Quod prosperari cœlitùs sibi petit,
Ac sentit: Atriensis in manu sui
Despondet hinc ei Rebeccam coniugem,
A morte patris fit beatus, & suæ Gen.26.
Augmenta stirpis siderum instar, percipit
Diuinitùs promissione Seminis.
Fontem ad videntis atq; viventis sacrum,
Vbi reses, sedem iubetur quærere
Certam, citra Aegyptum, inde sexgenarius,
Sterili Rebeccæ dum gemellos impetrat,
Iussus, Palæstinos relinquit, ac eam,
Vt cæde liberetur, hîc pro coniuge,
Fingit sororem: seminando, centupli

Partem

Partem lucratur, fitq; formidabilis
Vel Regibus: grates agens pro fontibus
Suiq; dilatatione per gregem
Armentaq; : esse luculenter à Deo
Visus locuples, & clientelis potens
Viciniæ totius, Esau percupit
Benedictionem auferre, præreptam à Iacob,
Vafram per artem, seu bonum matris dolum,
Huîc pulte rufo primgenum ius eripit,
Patremq; cœcum & mortuum vivens humat,
Annos supra centum octoginta proferens,
Isac *benedictione gentium omnium* Act. 7.
A patre summo, Gratiæq; fœdere.
Isacus, Abrahæ patris præputio
Dudum posito: deinde circumciditur
In luce bis quartâ, suorum gaudio.

VIII ANTITHESIS MELCHISEDECI ET CHRISTI. Gen: 4. Heb: 1.

Sceptra Salem moderans Rex Melchisedechus &
A quinq; Regum cædibus reuersum, (Sacerdos,
Atq; cibo & potu pastum, decimavit Abrahamum,
Felicitatem comprecatus ipsi.
Est mage pacificus Rex Christus, ad hæc Dei parêtis
Nostræq; gentis pontifex perennis,

A quo

A quo dependet solo fidei & salutis arrâ
Totius in spem stirpis Abrahami.

Inauguratio CHRISTI. Hebr: 1.

QVi Patris est Icon, & splẽdor, inũctus ungit idẽ
Flatu sacrato singulos fideles.
Est quoq3 fœmineus Silo *nostraq3 massa, vestiendo*
Diuinitatem corporis figurâ.
Vatibus & Patribus per quem genitor locutus antè,
Nunc ore Nati detonat sacrato:
Quippe tenax fidei, neq3 fœderis immemor paterni
Promissa rebus perficit benignè.
Ergo Prophetarũ os, & clausula, duplicisq3 cõsors
Naturæ is idem, Christus *est* Iësus.
Omnipotens pariter Deus, *ac homo: cœlici parẽtis*
Diuina proles, Virginisq3 matris.
Præfertur Genijs, qui flammea turba, sunt ministri
Regis tribunal ante sempiterni
Vnicus ipse, Deiq3 hominumq3 sequester est, eritq3
Tàm quod fuisset, quàm quod induisset.

Testimonia de ijsdem. Gen: 14.

MElchizedecus Rex Salem, offert Abrahæ
Cum pane vinum, aufert ab hoc decimas quoq3
Melchizedech originem vitæ haud habens Hebr 1.
Finemq3, comparatur filio Dei:

Idem

Idem sacerdos sempiternus permanet
Ex hac tribu, è qua nemo præfuit sacro
Altario, præsens vel ipsi, seruijt.

IX. IOSEPHVS VENDITVS IN TYPUM CHRISTI. Gen: 37.

FRatribus à proprijs Iösephus venditur ille,
Qui baculus senij est deliciumq; patris.
Traditur à socio Mystis, gentiq; suorum,
Christus *Hebræis, ac Gentibus vna salus.*
His, necnon illis cœlorum indulget honorem,
Et veniam, supplex obtinet ante patrem.
Ingratis etiam gratus, summèq; benignus
Pro crucifigentûm vota salute facit.
Carcere tartareo vinctos educit in auras,
Hoc & ab exilio subuehit ad Patriam
Corpore pascit Herus, proprioq; cruore ministros,
Haud deserturus tempus in omne pios.
Illius unde typus fuerat diuinus Iöseph,
In patrem & fratres officiosus homo
His scelus ignoscit, sed honestè subleuat illum
In fame, & in morbo, consepelitq; senem.
Ossibus apponens proaui simul ossa parentis,
Hac etiam condi vult sua membra specu,
Seruitij exibunt postquam iuga definiti
Cœlitùs: haud vano falsus ab augurio:

Officij obsequium Vati huius præstitit illud
Moses: Iosua sed condidit ossa solo.

Testimonia de eodem. Eccles: 49.

Iosephus ex Rahele natus est patri,
Fratrumq3 Princeps, gentis & suæ basis:
Doctor senum, decusq3 plebis totius.
A Mose Iosephi ossa de Memphitide
Translata sunt, & visitata postmodùm,
Sepultaq3 insuper prophetabant pijs.
Sophia nunquam dereliquit venditum
A fratribus Iosephum in aulam Potphari,
In carcere insonti nec illi defuit.
Donec tulisset sceptra regni: in æmulos
Calumniatoresq3 robur maximum:
Pro sempiterna laude Castimonia,
Et raritate nominis clarissimi.

X. IACOB VATICINATVS DE SILOH. Gen: 49.

In morte Luctator *propinquâ, sic canit:*
Non minuetur honos, sceptriq3 Iudæ gloria,
Nec auferetur *vi dolo, ac iniuria*
Illius ex nativitate Legifer,
Sperata Hebræorum salus, & Gentium
Dum Silo *virgineus Mundo redemptor venerit.*

Verbum

Verbum Caro Ioan: 1.

Æterni æternus genitoris filius Iæ,
Necnõ Mariæ virginis fit caro tẽpore in hoc.
Assumens siquidem corpus mortale redemptor
Mundo reatu perdito, conspiciendus adest.
Semper eum stipans genitoris gratia summi
Virtutis altæ gloria fulcit utroq; modo.
Perpes ei Deitas vestitur carnis amictu:
Quod sumit illud rettinet; quodq; fuit, remanet:
Sexu in utroq;, sui memores cum corporis esu,
Vitalis haustus proprio sanguine pascit Herus.
Ac mirè pastos sacrati flaminis aurâ,
Pios reducendo greges in sua regna vehit.
Dum rediens mundo, Iudex in nube sedebit,
Pro iureq;, & æquo singulis præmia digna dabit.

XI. Typvs Serpentis Aenei. Num: 21.

A Mose erigitur iussu Domini æneus anguis,
Cuius ad interitum convaluêre statim,
A colubris quotquot fuerant lethaliter icti,
Ob murmur reprobrum, per genus omne luis.
Ille quadrat Christo, req; ipsâ competit Agno,
Cui præfert Serpens æneus iste typum.
In cruce quod pendens, peccati sanet ab ictu
Credentes in eum, iustificetq; reos.

Chri-

CHRISTVS. Ioan: 3.

SIcut Moiſes æneum anguem (Chriſte ais)
In ſolitudine intuendum erexerat:
Sic erigi mortalitatis filium
Oportet in ligno Crucis: quo ſinguli
Fidelium ſerventur in vitâ, & nece
Vitamq; perpetem aſſequantur ex Fide.

XII. STELLA IACOB. Num: 24.

COnductus Balaci munere regio
Vates Bileamus ſic ſonat, & tonat:
En Stella *orta* Iacob *promicat è domo*
Chriſtus, virga *ſacro factus in* Iſrahel:
Is qua percutiat tam Moabi duces,
Quàm prædetur opes totius inferi:
Sethi *ſtirpe ſacra qui fuerint ſati*
Meßiæ famulans turba, homini & Deo.
Sanctæ relliquias urbis ut aſſerat,
Et toto orbe pijs adſit Herus potens.
His at temporibus quis ſuperauerit?
Quis tunc hæc fieri cernat, & audiat?

Lux Mundi. Ioan: 1.

VIta, ſalus hominũ, lux unica Chriſtus ille Mũdi
Tenebricoſo carcere obiacentis,

Concipitur

Concipitur sacro spiramine, virginali in alvo
Diuinus infans ac homo Deusq;.
Illustratur ab hoc Ecclesia Sole, Luna qualis,
Vigore verbi, spiritûsq; flammâ.
Nox at vt obscuris interpolet hanc nihil tenebris,
Illamúe lucem, quæ diem reducat:
In qua compositis homo moribus esse discat, aurâ
Imanuelis quem fauor beabit.

Canticum Simeonis. Lucæ 2.

NVnc nunc corpore languido solutum
Dimittis, Ioua, *me in quiete mentis*
Ad cœli patriam hoc ab incolatu:
Extorrem satis, & sat inquilinum.
Post hanc degere gestio diætam
Inter cœlituum chori, coronas,
His postquam mihi visus est ocellis
Ac gestatus in his Iësus *ulnis:*
Quem tu sontibus unicum piamen,
Necnon gentibus in ducem universis
Israel utriusq; gloriosâ
Re, cum lumine præstitum, parâsti.

Fides Sanctorum utriusq; sexûs. Heb: 11.

Fide

Fide percipimus fuisse Mundum
Omnipotente Dei *voce satum ex nihilo:*
Fide primitias Deo *placentes*
Obtulit, & iusti est nomen adeptus, Abel.
Qui præ fratre Cain *probatus illi,*
Cæsus ab hoc, etiam mortuus eloquitur.
Fide raptus Enoch *in astra, ab Orbe*
Flammivomo curru, ne moriatur, abit.
Fide prænonitus Noah, Iehouæ
Obsequiturq; lubens, diluviumq; fugit,
Et Mundum periisse, cernit: hæres
Iustificæ fidei, salvificæq; spei.
Fide, concipiens Sarah *receptum*
Cœlitùs Isacum, fœta quoq; édit, anus.
Fide, Isacum Abrah *immolat litatum,*
Vnigenam sobolem, liba per ipsa, pater:
Certus posse Deum *excitare functos.*
Immolat inde caprum, suscipit unde Deum.
Fide, Isac *benedicit ominatus*
Fausta, Iacobo, *& Esau, singula progenitor.*
Fide, commoriens Iâcob, *precatur*
Prospera quæq; suis sic pater, ut sit auus
Promissi Patribus sibiq; Christi,
Quò foret Imanuel *virgine matre satus.*

XIII. PROPHETA MAGNVS. Deut: 18.

Mosi sic Deus *inquit:* Excitabo

Fratrum de medio mihi tuorum,
Esset qui similis tui, Prophetam,
Messias tamen éditus reapse:
Ori eius mea verba *gnarus indam*:
Monstrato bene calle Veritatis,
Et spe non dubiæ rei & salutis,
Quæ genti sonet universa solus.
Quem quisquis meum obaudiendo Vatem
Spretum, & *nullius æstimabit assis*,
Hunc plectens Ego puniam, *hunc recidam*
Imâ stirpeq$_3$, *ad ultimumq*$_3$ *perdam*.

Puteus Iacobi. Ioan: 4.

Christus Samaritanæ revelat Messiam,
Ad puteum Iacobi, *se stare*, *eiq*$_3$ *colloqui*:
Fons nempe Vitalis, *per hausius vividæ*,
Et salientis aquæ, *vitâ vel hac in alteram*,
Arcana mirè detegit mysteria:
Pandit operta alijs, *sibi tamen notissima*,
Verbum salutis expetunt qui discere
Hos docet: *at remoram nil muneris sui æstimat*,
Patri suo plebem lucretur dum modò
Quæ veneretur eum suæ salutis obsidem.

Testimonia de Prophetis in genere. Nūm: 11.

Habere

HAbere spiritum Dei, ac recludere
Casus futuros, est prophetiam édere.
Propheta mentis interpres Dei, haud potest Ib. 29
Sermonem omittere illius, sive is bonum
Portendat, aut malis malum auditoribus.
Nil ore depromit suo vates sacer,
Sed id, Deus loqui quod autor iusserit.
Sacri Prophetæ sanctimoniam docent, 4 Reg. 17.
Ac pœnitentiam: sed Israel Regibus
Iudaq; surdis, spreti abire non modò,
Obire at insuper nece omni sustinent.
Dei Prophetis universi credite: 2. Par. 20.
Securi agetis vitam utriq; prosperam.
Cum Rege plebs deleta dissipabitur, Prou. 30.
Sermone quæ à prophetico defecerit,
Legis tamen custos sacræ beabitur.
Prædicta quæ sunt à Prophetis omnibus, Luc. 24.
Implentur hæc in Christo Iesu singula.
Legē & Prophetas, Christus inquit, haud Ego Ioā. 5.
Veni solutum, sed suo impletum exitu.
Lex & Prophetæ sortiuntur exitum, Ibi. 1.
Ioanne Prodromo sacrati Messiæ.
Altissimi Baptista præcursor fuit, Luc 1.
Deus prophetarum astruens ore omnium Acto 1.
Christum pati debere tum resurgere
A mortuis, iam facto idipsum præstitit.

Omnes Prophetæ testimonium ferunt Acto. 10.
Fidele Christo, nempe in eius nomine
Quòd auferent, remissionem criminum
Qui sexu utroq3, ei volent confidere.
Voci propheticæ est adhærendum, velut 2. Pet. 1.
Lucernæ in obscuro nimis loco sitæ,
Donec dies lucescat, & sit Lucifer
Exortus in præcordijs pij gregis.

XIIII. MOSES FONS PROPHETIAE.

CHoragus est Vatum Moises omnium,
Christo vel ipso Iudice:
Scriptor sacer, tot expetiti seculis,
Promissione Seminis,
Quod virgo mater proferat partu sacro,
Expers virilis copulæ.
Vatem, Magistrum, Sospitatorem unicum
Omnes eum pro Messiâ
Evangelistâq3 audiant pro cœlico,
In re nec ullâ obaudiant:
Quem de medio fratrum Iehova *suscitans,*
Verè agnitum poscit coli.
Nec fert obaudiri, quòd ore conditum
Gestet suo, verbum Dei:
In discolos omnes severi Iudicis
Heriq3, patrisq3 in subditos,

Christo

Christo Moises Pædagogus singulos
Deducit integerrimus:
Sensu sed iræ Numinis perterritas
Vtrinq; conscientias
Agit, docens à quo Medente pharmacon
Auferre præsens debeant.
Hinc, quod nequit præstare Lex, id Gratia,
Vincens scelus omne, perficit,
Evangelijq; nuncio credens, capit
Et applicat sibi Fides.

Testimonia de eodem. Sap: 18.

Moses homo Dei, *& vir integerrimus*
Pro plebe deprecatur, & scutum suæ
Fert servitutis vota, & hymnos & preces:
Iræ Dei quibus potenter restitit
Et imposuit finem malis ingentibus
Habent *Moisen & Prophetas, audiant,* Luc. 17.
Hos, Abraham ait: sin fecerint secus, neq;
A morte si quis excitetur, credere
Ei volent: securitate perditi.
Est Christus *à* Deo *reapse præstitus,*
Et virginalis, cêu receptus est, Siloh.
Es Christe *tu Propheta, cerno & sentio.* Ioan. 4.
Nos Messiam hîc affuturum credimus:
Nobis ut explanando cuncta edisserat.

XV. MOSES ET IOSVA CHRISTI Typus.

Dux est Moises agminis Prophetici,
Atq; ministerio Legis typum fert Messiæ,
Qui de Patris sinu salutis nuncium
Protulit, & stygiam captivitatem sustulit,
Et intulit secum polari Patriæ
Huius ab exilij, quod mundiale est, carcere.
Id explicat scriptis Moises, in quibus
Texuit historiam bis mille ab annis proditam,
Ac Legifer factus, vocante Iehova,
Indigitante etiam binâ tabellâ Declogum,
Heros putatur corniger gentilibus,
Is quibus excuteret gentis superbæ cornua,
Cordisvé refractarij proterviam
Eximeret monitis severitati congruis:
Vt disciplina permaneret integra,
Ordoq; conveniens utriq; militi & duci.
Ergo Canopi servitutis èiugo,
Corniger Isacidas Heros mari eduxit rubro.
Dux alter horum Iosua ille maximus Ios. 3.
Iordanis amne suos transfert, & Arcam fœderis.
Christum *Redemptorem figurant hi duo,*
Quòd redimens stygio lacu fideles, sospitet.

Cui

Cui Pædagogus primulam plebem parat
Voce suâ: populum Christo, *decus Mosi asserit:*
Fratrum Propheta quòd futurus sit sacer,
Anguis & ille sui visu, excitans emortuos, Num. 21.
Ad hæc Dei Agnus, quem notabant victimæ
Ritibus innumeris per tot litatæ sæcula.

XVI. ANTITHESIS CHRISTI ET MOSIS. Heb: 11.

Moses habetur magnus & fidus Dei
Oeconomus: tribuum dux Israhelis impiger,
Sed Christus illo maior est: ministro Herus,
Quamvis sit ædificans, aut architectus præ domo,
Cùm sit propheta, rex, sacerdos cœlici
Sorte ministerij, necnon salutis nuncio.
Extructor ille dius, at Curator hic
Fidus: uterq; tamen Deo *approbatus arbitro.*
At Mose Christus est modis præstantior
Omnibus, ut Dominus servo, structâ domo, faber,
In quâ ipse regnet architectus propriâ,
Et sibi perpetuò gaudens dicatâ, personet,
Suos & audiri sonores postulet,
Ac recipi monitus à cœtibus fidelium.

Testimonia de Mose & alijs. Heb: 11.

Fide tres pius occulendo menſes,
Expoſuit Moſen clàm Iacobæda parens.
Fide, grandis, adultiorq́, gnatæ
Haud Pharaonis avet filius eſſe magis:
Affligi magis eligit Iehovæ
Cum populo, locuples quàm fore cum Pharijs.
Fide Paſcha peregit atq, vidit
Primigenûm, Phariâ quotquot in vrbe, necem,
Fide, per mare tranſiêre rubrum
Iſacidæ: pereunt cum Duce, merſus Eques
Fide, mœnia corruêre celſa
Eximiæ Ierichûs, ſubruta voce tubæ.
Fide, non perijt Rahab meretrix,
Quæ bene cum patria eſt morigerata domo.
Explorantibus hæc enim fidelis
Hoſpita, fert fidei præmia digna ſuæ:
Vt nil de Gideone, ſeu Baruco
Simſone ſiue loquar, Iudicibuſvé alijs.
Aut de vatibus à Deo *excitatis,*
Cêu Samuele ſacro, & Davide rege pio.
Matronis quoq, pluribus, pijsq́,
Pignora functa quibus, reddita viva forent.
Fide, ſexu in utroq, plebs piorum
Regna ſubegerunt Iuſticiæ titulo,
Teſtimonia dum fidelitatis
Digna ſuæ nacti, ſpe tenuêre Fidem;

Quæ communis utrisq3, utrosq3 ſervat,
Et ſacrat in Chriſto *iuſtificante reos.*

XVII. ANTITHESIS LEVITICI SACERDOTIJ, & Pontificatûs CHRISTI. Exodi 20. 30. & Heb: 9.

MElchiſedech9 *erat diverſimodâ ordinatiõe*
Delectus, Aron *quàm Dei Sacerdos.*
Hinc imperfectè Leviticus ordo conſtitutus,
Perfectiorem poſtulabat unum:
Chriſtus adeſt qualis, per lectus homo & De9*: ſeque-*
Vtrinq3 perpes, Rexq3 pacis idem. (*ſter*
Conſueto ritu conſtabat, & unctione ſacrâ
Legale munus victimas litandi:
At Chriſti æternum ſeu ſpirituale ſceptron illud
Pedumq3 myſtæ ac regis eſt perennis.
Poſteriore prior quoq3 Pontificatus abrogatur,
Quando caducus cedit æviterno:
Vt qui iurando ſit Iure ſtatutus, & ſacratus
A præpotenti, maximoq3 rerum.
Talis at eſt Chriſti, pariter ſacri & innocentis Agni
Labisq3 puri, ſegregisq3 prorsùs.
Pro cunctis ovibus ſeſe obtulit is Deo *parenti*
Piacularem victimam, Dei Agnus.
Hanc iterare nefas, operæprecium nec eſt eidem
Nunc, aut deinceps ſeculis in ullis.

Iuris iurandi Iovæ *quia sanctio sacrata*
Sic ordinârat, ne requirat ultra.
Vnus sacratos omnes siquidem sacrat per ævum
Oblationis victimâ perennis.

Testimonia de utroq;. Psal. 110.

ES, Christe, *mysta sempiternus ordinem*
Ritumq́; iuxta sempiternum Melchsedech.
Christus *sacerdos sempiternus unicâ* Heb. 10.
Oblatione consecravit credulos.
Vnus sequester est Dei, *& mortalium* 1. Tim. 2.
Homo Deusq́;, sospitatorq́; unicus.
Lytronq́; Iesus *ille* Christus, *unicum.*
Aron *Levites, mysta, pontifex, sacris* Eccl. 45.
Addictus, inauguratur, orat, victimas
Peccaminum offert ipse pro se, & cœteris.
Peccando punitur, coactus emori.
Elegit Aronem Deus *cum liberis*
Et liberorum posteris, ferant ei
Odoris incensum boni, & libamina
Datæ potestatis docendi Ius Iacob
Et Iudiciorum testimonij Israhel:
Evexit Aronem Deus *fratri suo*
Nec esse fecit hunc Moisi disparem:
Cui contulit pio, deditq́; maximam
Authoritatem, omnes apud mortalium

Summos,

Summos, & imos, gratiaq; & gloriâ,
Et commemoratione commendabili
Signis & ostentis, stupendum Regibus,
Vultus sui monstratâ ei dum imagine,
Locutus esset sæpius lenissimè
Tàm Legifero, quàm gentis Israël duci:
Dum sanxit ipsi fœdus æternum, & suis
Et pontificatûs Iura commisit sacri,
Cultu eleganti vestiens Antistitem.
Huius Moises consecraverat manus,
Intinxerat q; succo Oliuæ nobili.
Aroni *& eius posteris concesserat* Ibi:
Deus, *sacras ei ut sacrarent victimas,*
Et fausta divinæ rei cultoribus,
In nomine almi comprecarentur patris.
Aronis *æmulos, Chore & Dathan suo*
Cum complice absorptos hiatu terreo,
Perdit Deus, *stupore plebis totius.*
Extollit illum insigni adauctum gloriâ:
Hæreditatem ei datam subordinat,
Hæreditas cùi Deus *sit propria*
In primitiarum colligendis fructibus.

XVIII. PHINEAS ELEAZARI F. Eccl: 45.

A Mose & Arone *tertius stat Phineas*

In gloriâ non dispari, quòd gesserit
Pro relligione, quæ sacrum decent virum,
Plebemq; refractariam viriliter,
Scortationemq; ipsius represserit:
Ergo Deus *firmauit illi, & posteris*
Ipsius æternæ beatitudinis
Pactum: supremus Antistes suâ foret
Cum stirpe, virq; Sacrosanctus insuper
Cum magnificentiâ sacrorum perpeti:

Testimonia de eodem. Num: 26.

PHineas sacerdos, dux honoratus, Dei
Zelator, iram cuius auertit gravem
Ab Israhele, quem: piauit crimine:
Pacem recepit, fœderisq; cœlitùs,
Et pontificatûs pactum in ævum maximi.
Phineas Eleazari *propago fervida* Eccl: 45.
Patrem secutus in labore fervido,
Stansq; in reverentia suæ gentis, Deo
Fervore zeli alacris approbatus est.

Testimonia de Samuele. Eccl: 49.

SAmuel Dei Propheta, dilectusq; homo
Rerum patri, & mortalibus,
Statum Imperij novavit, ungendo duces,
Ac gente reges in sua:

At illud omne fecit, adductus gravi
Clamore plebis improbæ.
Vates Dei verbo, fidelis cognitus
Ab omnibus mortalibus,
Deum vocando in luce vidit, ac ope
Præsente sensit cognitum,
Et efficacem in hoste victo sæpius
A maximo usq; ad infimum:
Quòd semper exauditus esset à Deo,
Vox innuit tonitrui.
Tyrijs, Philistinisq; devictis probè,
Altoq; deiectis gradu,
Integritatis testimonium tulit
Coram Deo, *ac uncto* Dei.
Sepultus implet vota Saulis, ac ei
Commonstrat ævi terminum,
Et vocem humi exaltans suam, genti impiæ
Ventura prædicit mala.

XIX. DAVID VATES REGIVS.

DVm sonat Isaides summo præconia patri;
Dum grates solvit, dum pia vota facit,
Messiamq; canit (cuius gerat ipse figuram
In multis) Regem Pontificemq; sacrum,
Eius bellator, Vates, Psalmista, Choragus,
Supplex supplicibus dat documenta reis,

Exemplo q3 suo sontes invitat, ut orent
Pro venia, fassi propria damna, Deum.
Israhelis sit Rex, abiecto Saule: suorum
Ceu minimus fratrum, pastor ita egregius:
Quòd raptos ursis, itidem q3 Leonibus hædos
Eriperet, cæsis robore sæpè manus.
Prosternit fundâ, blasphemum voce, Goliam,
Huic q3 Gigantæum subruit ense caput.
Pacificum regem, & sapientem curat inungi,
Quo genitor gnato sit tibi, Christe, typus.
Aurea psallentûm linguæ cordiq3 reliquit
Cantica, quæ fidibus sint modulanda decem.

Testimonia de eodem. Eccl: 24.

DEus *Davidem suscitat lectissimum*
Regem, sedentem q3 in throno per sæcula,
Cuî filius, Leoq3 Iuda de tribu
Hæreditate præsideret perpeti,
Sibiq3, suoq3 semini icto fœdere:
Vt traderet genti Sophiam subditæ
In æquitate Iudicis dexterrimi.
David, adeps ceu separatus corporis
A carne, & idem filijs Rex Israhel,
Collusit, agnis qualiter, leonibus
Vrsisq3, Goliam Gigantem interficit.
Is invocando præpotentem Iehovam,

Opprobrium

Opprobrium gentis suæ aufert primitùs:
In omnibus hinc victoriis uni Deo
Dat, gloriamq; adscribit & solertia.
Exornat Aram Musicis concentibus
Tàm voce vivâ, quàm choro psallentium
Per sabbata & solennitates annuas:
Laus & decus sæcli sui, quo redderet
Nomen Dei celebre sanctimoniâ.
Davidis ausa quæ arguit Vates Nathan,
Hæc pœnitentiâ piavit seriâ,
Sibiq; remissa, voce scivit Messiæ,
Ex ipsius prosapiâ Mundo sati:
Erexit is cornu illius per sæcula,
Regniq; Iuda sedem in Israhel domo.

XX. CHRISTVS DAVIDIDES. Reg: 7. Psal: 133. 1. Pet: 7.

TVi cùm fuerint dies peracti,
Et tu dormieris tuis sepultus
Vnà cum patribus, tonat Davidi
Deus *cunctipotens Nathanis ore,*
Post te semen Ego satum excitabo,
Lumbis prodeat è tuis quod ortu:
Confirmabo tibi perenne sceptrum
Regni spiritualis & potentis.
Ego *ipsi pater, at mihi ille gnatus,*

Cœlus

Cœtus undiq; colliget sacratos:
Vates magnus & Orbis universi
Doctor, formâ hominis, Deiq; Christus.

Testimonia de eodem. Psal: 133.

IVravit en Iehova *Davidi suo,*
Ipsi Ducem quòd sit daturus Messiam,
Nec pœnitebit unquàm eum rei istius.
Cornu mei, ait, celebre David erigam:
Christo Lucernam præparabo lucidam.
Cum Christus Iësus *esset in formâ Dei,* Philip. 2.
Exors reatûs, non rapinam censuit
Se se Deo *æqualem, exinanivit tamen,*
Quasi ad nihilum foret redactus: pauperis
Sumptâ ministri formulâ, est homuncio
Sic constitutus, ac repertus integrè.
Hinc ipse diram sustinens necem crucis
Obœdientiæ lytron Patri obtulit.
Quapropter exaltauit illum Iehova
Ter maximo remuneratum nomine:
Vt flecteretur omne ei supplex genu
Terrestrium, Inferorum, item Cœlestium,
Omnisq; lingua confiteretur, piè
Quòd Christus in Dei *patris sit gloriâ*
Rex, Pontifex, custos, gigas Ecclesiæ.

XXI. SOLOMON. Eccl: 47.

SApiens pÿ gnatus parentis ſuſcipit
Regale ſceptrum: Davidis Solomo in locum
Succedit: ampla hæreditate regius
Potitur hæres, rexq; gentis Iſrahel:
Regnat ſub altæ pacis idem tempora,
Factusq; clarus, & potens ab omnibus
Bonis animi, tum corporis, poſtquam Deus
Pacata quævis reddidiſſet iam loca, &
A finitimorum tuta paſſim incurſibus:
Vt extruens ædem ſacratam Nomini
Eius, ſacrarium perenne conderet.
Quantum Sophiâ Rex juventute in tuâ
Præpolluiſti, plenus, inſtar fluminis,
Intelligentiâ? tibi mens altior
Et latior terræ patebat ambitu.
Tuis enim proverbÿs, & Canticis,
Quàm latus extat, orbem adimplêſti vagum.
Famam tui emanare paſſim nominis
Per Inſulas, & continentem feceras,
Ius, ſubditis poſtquam dares clariſſimus
Rex, Inſtitutor & Choragus artium
Scientiæq;, & diſciplinæ totius.
Cunctis fuiſti tu unicus miraculum
Ob dona, quæ collata ſunt tibi à Deo.

Et nomi-

Et nomina eius, quæ colebas unicè,
Stanni instar & plumbi, auri & argenti strues
Multiplicasti: effæminatus attamen
Muliebri amore, sic inussisti tuæ
Ignominiosam gloriæ labem & notam,
Vt eluvione deleri ulla non queant.
Semen profanâsti tuum, & pergravi
Ex stultitiâ, dolore magno affectus es,
Et liberos proseminasti reprobos.
Hinc imperij sceptrum bipartitò tuum
Dilabitur, fessum rebellionibus:
At non Solomonis abnepotes Iehova
Omnes reliquit, aut relictos protinùs
Abiecit, aut confecit ipse, at extulit
In reliquijs radice Davidis, Iacob.
Solomone mortuo parente, Roboam
Gnatus capessit sceptra gentis Israhel:
Verùm iuvenili perdit hæc amentiâ.
Hinc filio Naboth, Ieroboamo, erat
Occasio, Regnum simul Samariæ
Condendi, & errorum implicandi cultibus,
Ad hæc colendi Idola vana gentium:
Vnde Israhelitas Iehovæ *ingens furor*
Invasit, ultioq; dira sustulit:
Ex patriâ in terras abactos barbaras
Peccata propter fœda, & Idolatriam.

XXII. ELIAS ET ELIZAEVS.
3 Reg:17.18.& 19.Eccl:48.

VAtes Elias instar Ignis flammei
Exortus est, sermone notus igneo:
In improbos immisit immensam famem:
Ad pauculos redegit ex complurimis,
Sufferre quòd Dei minas nequiverint
Ex ore vatis æstuante fervidi.
Cœli pluviam repressit: ignem ter polo
Deduxit: O Vates, Elia, maxime,
Quantam tuis tu gloriam miraculis
Adeptus es? quis glorietur, aut ferat
Tecum paria unquam? Suscitaueras enim
Demortuum: qui flatum eidem Altissimi
Reduxeras in voce: quâ deduxeras
Ad interitum Reges, eorum viribus
Fractis, & increpationem Iehovæ
In monte Sina evidenter exaudiveras,
In orbeq; summi vindicis sententiam,
Quando sacri ad vicem rependendam duces
Essent coacti te Prophetâ & arbitro.
Successiones ipse dicis Regibus.
Tuâ dein manu, procella in igneâ
Sublatus ad cœlos, equorum ardentium
Bigâ, fueras vir destinatus Iehovæ

Ad mi-

Ad mitigandum iram, ultionemq; ipsius,
Tam Iudicij, quàm æstum furoris pergravem,
Reconciliandum aut cor paternum filijs,
Et constituendos in Iâcob sancto tribus.
Quàm sunt beati, te quibus frui datum est?
Nos ô beatos, qui tua acta pangimus.
Hic ille Elias, qui procella tectus est,
Elisa cuius Spiritu auctus fervido,
In temporibus malis nihil permotus est
Ob principem, cuius nefandam vim tulit:
A nemine victus, sed nec ictus concidit.
Eius prophetat corpus, idq; mortuum
Complura, quàm vivum, édidit miracula.
Fuêre mira mortui gesta omnibus,
Nec plebs ob hæc peccare stulta destitit,
Nec egit ullo pœnitentiam modo,
Captiva donec esset abducta, & suis
Ad barbaras gentes abacta finibus,
Vagisq; dispersa orbe toto sedibus:
Vt pauculi valde Iosiâ principe,
Orto Davidicâ domo, subsisterent.

Testimonia de ijsdem. Lucæ 4.

Diebus Eliæ, annis tribus, sex mensibus
Cœlum stetit clausum universali fame
Totius Israhelis in confinibus.

Ille ad viduam missus fuit tantummodò,
Parvæ colebat quæ sareptam Sidonis.
In Eliſæo fervens Eliæ Spiritus, Eccl 48.
Duplo magis impletus, pavêre neminem,
Ipſis ſed illum, maximè improbis, tulit
Potentiâ ſermonis inſuperabili:
Miracla vivus atq; functus édidit.
Aetate Elizæi Prophetæ in Iſrael Lucæ 4.
Fuêre leproſi quidem plures viri,
Mundatur unicus tamen Naman Syrus.

THOMAE MITIS LYMVSAEI
SYNOPSIS BIBLICAE,
LIB. II.

Ex Hiſtoria Maiorum quatuor Vatum.

I. ISAIAS.

EST princeps Vatum Moſes, Davidq; ſecundus,
Evangeliſtarumq; dux Amozides.
Is genus, & duplicem Meſſiæ concinit ortum,
Munus, ſepulturam, necis victoriam,
Quâ domitor Satanæ, peccati, mortis, & orci,
Rex, Pontifexq; deditos ſibi aſſerit,
Aſſertosq;

Assertosq; Patri sistet, Patriæq; reddet,
Vitæve, obitusve, post labores arduos.
Perpetis interea firmans primordia regni,
Cives adoreis beabit cœlicis.

Testimonia de eodem. Eccl: 48.

ISaias verè Propheta est maximus,
Et maximè fidus Dei *in conspectibus,*
Superstite quo, Sol non recessit: at diem
Produxit umbrâ sub minore noctium:
Postquam Ezechiæ regi impetrâsset quindecim
Annos diuturnioris in vitâ statûs.
Hîc spiritu prospexit in novissima,
Luctu levans Sionios in sæcula
Abscondita & futura monstravit priùs,
Quàm rebus ipsis evenirent cognita.
Iudam repurgavit Deus *manu illius:*
Sed Assyriorum castra fudit Angelus.
Obtemperans Isaiæ vati sacro
Rex Ezechias, Davidis insistens patris
Vestigijs, Deo *probanda fecerat.*
Christus *iubet renunciari Prodromo,* Matt. 11
Quæ tradat, & gerat salutis nuncio,
Cêu concinens Amozides prædixerat:
Venisse vt inde Messiam omnes noscerent.
Christo *in Synagogâ prælegenti traditur* Luc. 4.
Esaiæ

Esaiæ liber locum per obvium,
De spiritali inunctione Messiæ,
Inauguratione q3 ipsius sui.
Esaiã *Eunucho legenti:* Tanquã ovis Act. 8.
Mactationi destinata, cæsus, *an*
Id percipiat, quærit Philippus, quod legat?
Interprete absq3 quî, refert, intelligam?
Vatem sed edoctus loqui de Messia
In eum statimq3 credit, & sibi expetit
Ab Apostolo Baptisma conferri sacrum. Rom: 9.
Amozides *ad Israelem sic tonat:*
Proles Iâcob si arenam adæquârit maris:
At relliquijs subinde sospitabitur.

II. CONCEPTIO IMANVELIS. Es: 7.

ISaias *Propheta maximè sacer,*
Deprædicandus universis ter quater,
Optat vehi vero Deum *præconio,*
Oraculum hinc fidelibus tale édidit:
Conceptus, *inquiens,* sacro spiramine
Christus, *Davidicæ domûs* ex virgine
Nascetur orbi, *labis exors,* pusio,
Vt sospitem parenti redderet Deo.
Imanuel fataliter vocabitur,
Homo Deusq; *in Orbe commorabitur*
Cum redditis à se polo mortalibus,

Cunctisq3

Cunctisq; erit salutifer fidelibus.

Assertio eiusdem. Matt: 7.

POst septingentos, quinquaginta insuper annos
Promissione primùm Adamo ab editâ,
Iosepho Genius comparet nocte profundâ
Alti soporis, inquiendo taliter:
Ne metuas Mariam prægnantem sumere sponsam,
Quod est in eâ natum, sacro flatum est satum.
Proferet ipsa Dei *patris super omnia Natum,*
Quem tu vocabis hinc Iesum *nomine:*
Servator siquidem gentis q; futurus, & Orbis
Hanc ille, & illam sospitabit unicus.

III. NATIVITAS CHRISTI. Esa: 9.

PVer satus nobis, *datusq; Filius,*
Isaias Vates canit,
Est principatus brachium supra illius,
Vocaturq; ab omnibus
Mirabilis, Consultor, & Fortissimus,
Et Iova, & æternus pater,
Princepsq; pacis, & dator concordiæ,
Autorq; regni perpetis,
Sedebit in regno Davidis patrio:
Mundi Monarcha triplicis.
Zelus Dei *augustissimi per omnia*
Servabit id, & tuebitur:

Ratum

Ratum atq; gratum principi alto Sebbaoth,
In Orbe & astris proferet.

Eadem nunciata pastoribus. Luc: 2.

GLoria sit Iovæ: *mortalibus orbe in universo*
Pax, & voluntas recta, promit Ales:
Davidides Christus *siquidē bene contulisset illā*
Divinus ortu pusio recenti:
Pusio, qui plastes summa imaq; sustinet pugillo,
Mundi triformis maximus creator.
Spretus in orbe vago, spretis dominatur hīc alūnis,
Tenetq; regni sceptra spiritalis.
Filius ille Dei *patris, pariterq; matris* almæ,
Orbis redemtor clarat universi.

IIII INVITATIO MESSIAE. Isa: 24.

ADeste cuncti, *Natus ait* Dei:
Sum fortitudo maxima pauperis
Ab hoste pressi: sum levamen,
Præsidiumq; inopi iuvando.
Quem, ne tyranni dextra præoccupet
Omni carentem subsidio, tegam,
Sicut ratem à fluctu marino
Maceriamúe basi revulsam.
Harentem arenoso velut in solo

Siticulosis aut positam locis,
Pastu & quiete recreabo,
Faxoq3, ut in patriam remigret.

Eadem. Matt: 9.

AD me, Christus ait, patrem & patronum
Gressus ferte citos, mei clientes,
Quos Mundus, Satanas, Caro fatigant,
Ab his vos mihi vindicabo fisos.
Huc accurrite, quos premunt labores,
Necnon rebus in asperis, dolores
Sortis mole gravant molestioris,
Et datis onerant utrinq3 damnis.
De me exempla pio duce & magistro,
Tyrones, sociiq3, sumitote,
Meis sêu myrothecijs medelas
Morbos contra animiq3 corporisq3.
Vestriam condoleo vicem redemtor,
Vt qui non fuerim mali, ac doloris
Expers ipse, datus neci cruentæ,
Perpessusq3 hominem supra caducum:
At nunc propitius meis athletis,
Sum præsens ope in omnibus periclis,
Et succurrere nosco constitutis
In certaminibus laboriosis.
Regni ô participes mei perennis,

Mecum

Mecum temporibus manete duris,
Asservateq; vos dein secundæ
Sorti, lætitiæq; sempiternæ.
Vestris excipite hoc meum lacertis
Onus lene, iugum nec insuave:
Sacram militiam subire promti
Mecum, vel sub agone spirituali.
Mansuetus, tolero crucem molestam,
Et vitam patienter ipse ponam
Spe finis potiore præstituti
In discriminibus periculosis.
Vos præstate viros, mei fideles:
Vobis, & mihi victor emanebo:
Vobis perpetuos Ego triumphos
Rex servis pariam superbeatis.
Vobis perpes adoreæ perennis
Stabit gloria, post breves labores:
Vobis Indigetum coronâ jugis,
Inter cœlituum choros, reposta est.

V. ECCLESIA CHRISTI.
Isa: 26.

TEmpus erit, quo pangetur metrō omnibus unum
Ad Messiæ regnum vocatis gentibus:
Vrbis ad instar habet surgens Ecclesia pinnis,
Et mœnibus firmis, quibus præest salus,

In qua ſerventur cives, qui pacis & æqui,
Veræq3 cultores quietis providi,
Ad Servatorem referent ſua ſingula Chriſtum,
Ab hoſte qui ſuos potenter aſſeret,
Iuſticiæq3 Dei Doctor, *cultu inſtruet almo:*
Idem redemtor, dux, ſequeſter unicus
Patrem inter, noſtrumq3 genus, quod culpa vetuſti
Adæ, patriſq3 primi iniquè perdidit:
Aſt inſtauravit Meſſiæ gratia Chriſti,
(Factâ redemtione fuſi ſanguinis)
Atria cuius adit gens juſta, miniſteriiq3
Evangelij & communionis particeps.
Noſcit eum, ac in vota vocat, recolitq3 Iehouã:
Noſcit datorem pacis eſſe triplicis,
Corporis & mentis, vitæq3 vigentis in ævum
Per Angelorum, & Cœlitum commercia.

Confeſſio Petri. Matt. 15.

Chriſto *Petrus ſic cæterorum nomine,*
Filius ille Dei *parentis, inquit, verus es.*
Chriſtus *profeſſum talia, ipſum prædicat:*
Sacra quod Aura dedit, carni & cruori derogat.
Salutis hæc myſterium dat noſcere,
Profluit ac refluit quo conſcientiæ quies.

VI. LEX EVANGELIO ABrogata. Isa: 40.

VAtes sacri, plebem meam: solamini,
Instit Deus, solamini plebem meam,
Ac IerSalem fractam propè hostili metu,
Recreate verbis gaudij & solatij.
Impleta & abrogata Lex per Messiam est,
Evangelijq; nuncio ponit minas.
Iam cedit umbra veritati præstitæ:
Iam morte, peccatoq; & orco subrutis,
Cum Iustitiâ & vitâ, salus reducitur
Verâ in meritum Christi, fide nitentibus.

Gratia & Veritas. Ioan: 1.

Lex per Moisen, Veritas & Gratia
Munere gratuito per Messiam Christum datur.
Iehova nulli hic visus est mortalium
Lumine corporeo, videbiturq; nemini.
Aeternus ille patris æterni λόγος
Prodijt è gremio nobis voluntatem edere.
Locutus antè per Prophetas, & Patres:
Nunc sonat ore suo, pandit, docetq; Iehovam:
In Filio Patrem in Parente Filium,
Ac, ab utroq; sacratum prodeuntem Spiritum.

VI. DIALOGISMVS ECCLESIÆ cum DEO. Isa: 49.

Quid me relinquis, Iova? quidvé deseris?
Quid penitùs reprobas? ait Sion mœstissima.
An immemor prorsùs tuæ indulgentiæ,
Addubitabis adhuc mî ferre opem afflictissimæ?
Cuî blandiendo reddit ille talibus:
Impia tam genitrix adinveniri num queat,
Quæ clauserit materna proli viscera?
Esto: sed ipse tibi paterna nunquam clausero,
In te tuosq; injuriâ nec ullius
Temporis exuero storgas paterni pectoris.
Non negligam, non deseram prolem tuam:
Mœnia non adimam, portasvé civibus tuis:
Vt quos utrâq; semper inscriptos manu,
Respiciam, inq; oculis geram meis fidelibus.
Ad te aggregatos orbe toto, protegam,
Panibus & saturos cibabo ubiq; gentium.
Faxo insuper, Reges tibi nutricij
Regificis etiam sint cum thori consortibus.
His multitudo iuncta longè maxima
E Ducibus, Satrapis, & subditis, tibi affluet,
Tuisq; commodis studebit unicè,
Munificisq; opibus perliberalis, consulet.

Promissio opis divinæ. Matt: 9.

VObiscum Ego sum, Christus *insit Messias,*
Ad usq; finem sæculi. Istos

Istos nihil vos expaveſcatis, velim,
Qui corpus etſi occiderint,
Mentem tamen non læſerint: at Iehovam
Patrem timete cœlicum,
Qui corpus & mentem poteſt occidere,
Ac in Gehennam trudere.
De victu & amictu more conſveto ethnicis,
Nil ſolliciti diſquirite:
Regnum ſed inprimis ſupremi Iehovæ,
Et Iuſticiam eius quærite:
Vt adijciantur cuncta vobis cætera,
Quibus carendum non foret.

VIII. REGNVM ET PONTIficatus CHRISTI. Iſa: 53.

EN meus ille ſacer Chriſtꝰ *rex, myſtagꝫ perpes,*
Iah ſummus inquit, proferet grãde ſalutis opꝰ.
Maieſtate ſuâ, firmoꝫ per omnia ſceptro,
Regnisꝫ ſummo ſingulis vertice iura dabit.
Gentibus à cunctis toto celebrabitur orbe,
Patri deinceps redditus, ſcandet in aſtra poli.
Corpore diſciſſus lacero, faciemꝫ cruentam
Turpatus, Hebræo agnimi deſpicietur Herus:
Regali tanquam vultu minor eſſet in ipſo,
Valde ſub abiectiſſimâ conditione, ſtatus,
Cùm tamen haud fuerit regum conſpectior alter:
Ac peraltis mortalium ſurpibus ipſa ſalus.

Ille suo verè languores corpore nostros,
Tũc perferẽs nostrũ ipsemet sponte levavit onus.
Quem reputabamus stulti lethaliter ictum,
Is gratiâ nostri ferens vulnera, cæsus obit.
Nos quidem aberrantes, ut oves erroribus actæ,
Per devia arcto carpsimus tramite mortis iter
Iehova *supremus verè coniecit in illum*
Ceũ cladis adversæ omnibus, sic luis omne iugũ:
Quo tamen exemtus, iam regnat in arce polorum,
Fusasq; ab omni percipit posteritate preces.
Quam satis enarret quisnam cultoribus auctam
Insigniter sub aurei Solis utrâq; domo?
Ille redux vitæ, fractiq; everſor averni,
Persolvit insons sontium lytra cruore suo.
A genitore Deo *ad summos iam evectus honores,*
Perennis obtinet ducis, Pontificisq; decus:
Iam per Apostolicum collecta Ecclesia cœtum,
Cultus ei cum canticis sponsa novella litat,
Et cum prole tenax fidei, sine fine litabit,
Reposta sedibus poli, cœlituumq; choris.

Mortis & vitæ Herus. Ioan: 11.

Cur obstinata cæcitate mentium,
Vos ita Pontifices, Scribæ, Pharisæi, insurgitis?
Nec fiditis Christo, *nec eius dogmati*
Perpetuo stabili, miraculisq; cognito:

Si non

Si non duci vestro sonanti cœlicas
Res, Patris at superi Nato obsecuti, credite:
Si non ei, saltem stupendis ipsius
Prodigijs studio fidelitatis fidite:
Vnum vel hoc resuscitati Lazari,
A nece quatridui post tempus actum, expendite.
Vestris licet damnabitur suffragijs,
Victor at ille stygis, die resurget tertia,
Qui vita piorum, qui resuscitatio est:
Hospita Martha piè quod confitetur creditum:
Quod ipsius soror Maria ruminat,
Indubiâq; fide credit requiri ab omnibus.
Cuius rei testes erunt Apostoli,
Vim quoq; anastaseos Christi *orbe toto pferent.*
Sit verus augur vester ille Pontifex,
Eveniat, Caiphas quod inscius præsagijt.
Cæsar Quiritum vestra sic subsellia
Involet, ut patriâ cum gente prorsùm hæc subruat.
Evangelico frustra obstrepetis nuncio,
Nec sine pernicie tam corporum, quàm mentium.
Timendus, haud exasperandus est Deus:
Corpus is atq; animam solus potest disperdere.
Figmenta cessabunt quidem mortalium:
Cœlica scita tamen sæclo manebunt perpeti.

IX. CHRISTI APPARITIO in Gentibus. Isa: 60. Psal: 72.

EXurge tandem illuminata IerSalem:
Lux Christus adventat tibi.
Is perdito donatus orbi Meßias,
Est lumen illud Gentium,
In quo ambulent tecum sequaces illius,
Per Continentem & Insulas.
Ergo Sabæarum duces, ac Persidos
Reges, & horum subditi,
Ingente confluent tibi frequentiâ
Donisq; onusti regijs,
Thus, myrrham, & aurum Meßiæ nato offerent:
Regi, Sequestro, Vindici.

Eadem præstita. Matt: 2.

IN IerSalem venêre ab orbe Persidos
Magi, novumq; quæritârunt sedulò
Regem satum (ut qui viderint stellam ipsius
Ad Solis ortum, clariorem cæteris)
In Bethlehem verò, Michea ut indice
Ac teste; sic ductrice stellâ, aut Angelo,
Harâ repertum, consalutant supplices,
Eiq; trina largiuntur munera
Tres in tribus magni notis mysterij:
Aurum quidem, Regi: Deo, thus cum prece:
Myrrham

Myrrham Dei *Agno, qui sit Orbis victima.*

X. DIALOGISMVS ECCLESIÆ & Christi triumphantis. Esa: 63.

PRæ foribus video Christiq; meũq; iã triũphũ
Curru trophæis nobili refixis:
Vndiq; victorem summum video redire nobis
In veste rubrâ purpuræ decorum.
Advenat certè victor rubicundus, huc ab Edom
Bosrâq;, amictus quem stolæ serenat.
Ergo quid incedis pomposus, amate victor, & Dux?
Te stipat omnis splendor, & potestas.
Iusticiæ, inquit, Ego doctor sacer, & salutis auctor,
Aevi perenuis sum redintegrator.
Cur tibi vestimenta rubentq; madentq; cruore,
Cêu rubra calcans musta contudisses?
Vnicus omnigeni calcavi Ego torcular cruoris,
Vt calcat uvas planta viniforis.
Elicitus qualis prælo liquor effluit subacto:
Elisa sic sunt colla perfidi Anguis.
Cum vestitu artus infecit is hos cruore sparso,
Dum præliarer victor in duello.
Nequicquam verti partes oculos in universas,
Adiutor aliter num mihi quis esset.
Instat enim lux hæc, cui competit ultio severa,
Annusq; partæ iam redemptionis.

Ardescente mihi naso, facilè edomabo cunctos
Iratus hostes, obteramq3 victor.
Mors ego sum mortis, Satanæ bol9, atq3 mors9 Orci:
Pestis Gehennæ, jus meum reposcam.
Viribus exutos, regnis spoliabo, agamq3 victos,
Vestes & artus quamlibet cruentus:
Ergo stygis domitor, subiti calicem furoris istum
Propino cunctis Antichristianis.

Triumphus CHRISTI. Apocal: 21.

SEde poli eiectus serpens vetus à Michaële,
Lacus profundos Tartari præcipitatus adit.
Persequitur profugæ partum mulieris, eremi
Per vastitates abditæ cum mare progenito.
Flumen post illam magnum evomit ore patenti:
Conatur en cum Filio perdere matris opes,
Quam tamẽ exornatam aquilæ, Deus *eripit, alis:*
Absorbet hausias aridæ vastus hiatus aquas.
Hac muliere, parens Ecclesia ritè notatur
In evidentibus typis, conspicuisvé notis.
Sponsa datur sponso: cœlesti terrea, cuius
Proles utrinq3 serviat tempus in omne Deo.
Hæc domitrix crucis, in Christo *victore triũphat,*
Vincens furores Satanæ, terribilesq3 minas.
Is draco versutus, supra fundatur arenam,
Adobruendus perpetis cladibus exitij.

Sceptra

Sceptra ruinosis obnoxia possidet armis:
Silvâ in Gehennæ, sed suâ mole satiscet aper.

XI. AETERNA VITA ET GEhenna. Isa: 66.

RES Deus externas nō denegat, aut perituras,
Nec denegabit spiritale commodum,
Promissi donec cœlestia compleat ævi,
Quæ parta cruore Filij sunt, munera,
Gaudia cœlituum quæ, qualia, quantavé, sensu
Hæc nil ab humano valebunt percipi.
Nullis visa oculis, nulliq; audita priorum,
In mētem hominis nec in cor unquā ascēderint.
Os nequit effari cuncta hæc, invicta Fides Spe
Et Charitate, in Christo Iēsu *quæ tenet.*
Vtraq; Christigenis promissæ dona salutis
Offerri ut hîc, sic perfici illic assolent:
Vtq; ubi regnat Herus, fraterq;, ibi sit quoq; servus
In gaudiorum gaudijs cœlestium.
Id Baptisma sacro lotis spiramine, confert
Cœnaq; confirmant sacratæ obsonia.
Mundus hic in tenues redigetur ab igne favillas,
Cēu diluvio, teste Iride, olim mersus est.
Præmia constituit sanctis, pœnasq; scelestis,
Vtriq; quò sint ius ratum parti, Deus.

Sabbata, ait, mecum peragent æterna: polorum,
Ab incolatu terreo, excepti choris.
Aeternùm reprobi stygijs cruciatibus usti,
Cum Satana pœnas luent in Tartaro:
Opprobrio iugi: nullius verme quietis,
Et aridâ linguæ siti aridissimæ.

Iudicium extremum. Apocal: 22.

Iudex ita inquit Christus: *est merces mihi*
Vndiq; nixa bonis retaliationibus,
Vt quisquis aut boni quid, aut mali egerit:
Auctor, & actor ego sum primus & novissimus:
Sum præpotens custos & omnium arbiter:
Sum (sine principio metâq; rerum & temporum.)
Boni & mali remunerator totius
Fallibilis minimè bilancis, aut scrutinij:
Bonis parato triplici cum præmio,
Vt mihi perpetuâ felicitate gaudeant,
Et arboris vitæ potestatem gerant,
Exilium Patriâ mutando, sed vitam nece:
Malis tamen pulsis foras in balnea,
Quæ rabiosa canum vis cum veneficis parant:
Quæ parricidis, atq; stupratoribus,
Aut in adulterio prênsis rependi debeant,
Aut dogma falsitatis seminantibus,
Farta Ministerij vel silliquis miscentibus.

Iesus

Iësus en Ego Angelum misi, meam
Qui præiens faciem, det testimonium mihi:
Qui recreet meam pijs Ecclesiam
Vocibus, & monitis ad sæculi huius terminum.
Quod in favillas non priùs redegero,
Funere supplicij nec ultimi demersero,
Quàm nube Iudex in serenâ sedero;
Sub stygа præcipites quàm reprobos detrusero,
Mecumvé nostros in polum reduxero,
Hûc, ubi læticiæ finis perenni non erit.

XII. IEREMIAS.

IEremias vates matris selectus ab alvo,
Ecclesiæ, à Deo, gubernator datur:
Vnde quaterdenos mirè rixatus in annos,
Cum Antistitibus, cum Regibus, cum Satrapis,
Sustinet ærumnas, clades, variosq; labores,
Necnon dolores mille per discrimina,
Vrbis IeruSalem persuadens deditionem,
Conservat illi dignitatem regiam:
Exterres pariter dirâ Babylone reductos
In Patriam Ieconiа cum Principe.
Moriger is Iovæ fido, vatiq; sacrato,
Exit catastas, & probri ludibria,
Ac resipiscendo tandem, fit carcere liber,
Et non videt suæ rursum patriæ;

Quam

Quam successores radicitùs everterunt
Inobædientiâ, infidelitateq3.
Hinc vates regum, populiq3 piacula pravi,
Et Pseudoprophetas cum Magistratu arguit
Et cupit hos omnes, precibus monituq3 fideli,
Deo *lucrari: at vincla lucratur sibi,*
Quæ tamen haud illi potuêre molesta videri
Tantùm, ordinis quantùm boni turbatio.
Id certam regnis parit, Imperijsq3 ruinam,
Impœnitentibusq3 clades attrahit.
Luget ob interitum gentis, queiturq3, coortis
Subinde turbis, concuti Rempublicam.
Deniq3 curriculo vitæ certamina toto,
Et vincula, ærumnasq3 crebras sustinet.
Interea Christi Messiæ *dona recenset*
Stirpe exorituri de Davidis regiâ.
Concelebrat germen iustum, Israelisq3 salutem,
Ac virginis fœtum parentis astruit.

Testimonia.

PRophetia impletur vatis Ieremiæ — 1. Par. 5. & 12.
De Sabbatis passim celebrandis suâ
Tellure, derelictâ & Israelu domo,
Cujus propago restituta Patriæ
Erit suæ à Cyro Monarcha Persico.
Est Ieremias *signator ille fœderis,* — Nehem.

Qui

Quì matris ab alvo segregatus & sacer, Nehe. 10.
Subversor eruit, novatq; perdita:
Eius prophetiam probat veram exitus.

XIII. VOCATIO GENTIVM. Iere: 4.

PErfide Israhel, reversus ad Deum, *cõvertere,*
(Vatis ore Iova *promit) te, tuebor lumine*
Perbenigno, pœnitentem seriò reatuum
Lenis, & clemens receptum te statim meam in fidẽ,
Protegam, culpis levabo, gratiam te per meam,
Faxoq;, hæc illas potenter diluens, exuberet.
Filij vos contumaces ad patrem versi Deum,
Ipsius dono favoris ritè perfruamini,
Neu nece in vita evidenter perditâ, mulctemini.
Vos ego mihi maritans, in Sionem transferam,
Vos salubrium saginâ pascuorum muniam,
In quibus pasti, Sophiâ cœlitum imbuamini.
Insuper faxo, orbe toto floreatis auctibus,
Gentium vocationis, maximæ frequentiæ,
Abrogatione Legis, Gratiæ præconio.
Hoc suæ Christus *nitescet Meßias Ecclesiæ:*
Surculus virescet amplis frondibus tũ fructibus.
Panis hic vitalis idem, sacri erit pedum gregis,
Hoc enim minabit ipsum: pascet illo ovilia
Rivulos amœna propter defluentes pascua,

Et dabit

Et dabit sibi fideles esse patri filios.

Centurio. Lucæ 8.

A Christo *palmam Fidei Centurio quidam*
Fert, præferendus hac Hebræis ethnicus.
His Gentes iunctæ communis sorte salutis,
Vnà accubabunt in thoris cœlestium:
Vtq; mage accubitent, sunt hæ illis anteferendæ
Regni Dei *felicitate perpeti.*
Gentibus accitis Hebræa exclusa propago,
Tanquam fugitiva, de suo cedet loco.
Illud confirmat Christus, *dicitq; futurum:*
Imanuel, Rex, Pontifex Ecclesiæ.

XIIII. POENAE CONTEMptorum Evangelij Ier: 6.

E Loquar? auditor quis erit mihi? Iehova, *pmit.*
Incircumcisis auribus omnis homo est.
Mente saginari renuit, temnendo repastum
Illius sacri sarre ministerij.
Ergo meam effusis iram laxabo lupatis:
Delebo infestos funditùs ipse reos.
Aetatem faxo, miles bacchatus in omnem,
Ne parcat puero, decreptove seni:
Infantes saxis allisos, ensevé sectos,
Et matrum avulsos ubere, mergat aquis.

Vnde

Vnde domus, urbes, deserta palatia stabunt:
Omnis at externum fundus habebit Herum.
Has ideò immittam clades, vastasq; ruinas,
Quòd me læsum omnis sexus & ordo gravet.
A minimo ad summum, cuncti pietate relictâ,
Sunt execrandæ dediti avaritiæ.
Nolunt confundi, nolunt pallescere culpâ,
Scirevé, num notet his pallidus ora color.
Ergò luent pœnas mihi, præcipitiq; ruinâ,
Ac exterminio perpete damna ferent:
Quinimò antiquis incedite callibus omnes,
Ac insistite iter, quo patet aula poli.
Quibitis hoc animæ portus reperire quietos:
At non te nobis cura sit ulla sequi:
Te speculatorem, neq; suscipiemus amicum,
Inquitis? aut missum suspiciemus Herum.
Audiat id tellus: sciat incola terreus omnis,
Iova *ait: hos perimam peste, fame, & gladio,*
Quòd mea verba sibi stultè post terga reponant,
Legemq; abijciat gens malesana meam.
Quid mihi cum vestrâ suffitu thuris acerra?
Quid prosunt læso vestra holocausta Deo?
Prælucente Fide tantùm, obsequioq; fideli,
Cêu fundamento, mi benefacta placent.

Carnificina piorum. Matt: 23.

IERSalem subinde sanctis vatibus contraria,

IerSalem,

Ierſalem, quæ dira mactas nuncios ad te Dei
Miſſitatos: eius in te dona ſpernis ac teris.
Orbe toto ciuitatum tu omnium ingratiſſima,
Maximam benignitatem Iehovæ *ter unici*
Deſpicis, necnon retundis mente præfractiſſimâ:
Te, tuosq́ Ego volebam congregare non minùs
Quàm ſuos gallina pullos ſedula alis congregat,
Ipſa ni tibi obſtitiſſes contumaci crimine.
Hinc domus deſerta veſtris linquitur nepotibus,
Nec priùs cognoſcar ipſis frater eſſe, aut Meſſias,
Quàm, vel advẽtu ſecũdo, Cẽſor huc reuertevo.

XV. DIALOGISMVS ECCEſiæ cum DEO. Ier: 12.

IVſtus es, & rectũ tibi Iudiciũ eſt Iehova *noſter:*
Vtrumq́ mirans ſic enim profabor:
Cur ſcelerata cohors felix ſit, & in bonis redũdat?
Cur ſacra flaccet, deſtituta nervis?
Non (ais) invideas ervis, quòd eos ſagina pinguis
Mactationi deſtinet propinquæ.
Namq́ nitens ipſis celerem cutis afferet ruinam,
Et vita mortem perbrevis perennem:
At pia turba malisq́, laboribus & cotidianis
Exercita, ævo perpeti fruetur,
Ad quod in hac vitâ tendens bene, ſaxaq́ & ꝑ ignes
Vndasq́, & enſes, devenire quibit:

Mortua corporibus, sed mentibus innovata vivit,
Vitæ ad perennis gaudium resurget.

Crux Christiana. Ioan: 16.

Mundū relinquens Christus, *ad Patrē redit,*
Reddere vult famulis se se novissimâ die.
Lenimen in cruce expetant, vitam in nece,
Ac in utrâq; sui præsentiam ducis, iubet:
En ipse mundum quomodo evici, refert,
Vos etiam auspicio, ductuq; vincetis meo.
Qui duplicat nobis suâ tyrannide,
Ingeminatq; graves luctus, brevi ipse corruet.
Ad vos Ego victis revertar hostibus:
Clara trophæa polo figam triumphator stygis.
Solatium flatûs sacri demisero
A Genitore, meis ab arce summa siderum.
Is testimonium feret de me unico
Iustificante reos, & suscitante mortuos:
Is suppetet vires pijs idoneas
Omnibus, omnigenam crucem ferendi fortiter:
Vt Iudicij, fastûs, & a^ûs Mundum agat
Tempus in omne reum, nolit, velitve reprobus,
Christumq; *Messiam sonet divinitùs*
Iusticiamq; reo, vitamq; perdito datum.

XVI. PRE-

XVI. PRECATIO ET CONsolatio ministrorum Verbi. Ier: 15.

IOva, *cùm scias ministro quãta moles nunc tuo*
Ingruat periculorum, sis mei non immemor:
Ac ab hoste liberatum me tuere perpetim.
Tu mihi istam tolle vitam lenitate pro tuâ:
Scis enim quòd passus insons pertulissem vincula:
Vnde possem recreari conscientiâ haud malâ.
Me sophistarum malignis cœtibus non aggrega,
Vt tuæ protectionis conquiescam in dexterâ,
Dum tui æstuans furoris fervet indignatio.
A Deo *irato ad benignum provoco: clientulus*
Ad patronum conferendo me, tuã imploro fidẽ,
Ac remunerationem spero, dum spiro, tuam.
En mihi Iehova *reddis sic: reverso ad me tibi,*
Faxo, restitutus ut sis destinato muneri,
Et meũ os subindè factus, separes bonũ à malo.
Audientûm fiet ad te rursùs inclinatio;
(Non ad hos tua) ipse nam te collocavi in æneã
Gentibus munitionem, nec ferendam reprobis.
Hi licet bellis adortum te velint subvertere,
Non tibi unquã prævalebunt ob meæ præsentiã
Liberationis horum de manu tyrannicâ.

Preces Apostolorum. Actor: 3.

O Deus

O Deus minas tyranni respice, & fac irritas:
Fer tuis opem ministris, ut loquantur liberè
Verba vitæ, prædicantes veritatem cognitam.
Conferendæ sanitati dexteram tuam exere:
Mira pandantur stupendo signa Iësu nomine:
Vnici tui per ævum Filij, & nostri ducis.
Ergo testaris precatus hos tibi per omnia
Non minùs fuisse gratos, quàm ratos verissimè
Per gravem concussionem totius soli, & poli.

XVII. CONCIO LEGIS AC Evangelij. Ier:16.

SIc ait Omnipotens: cœlebs mihi permaneto vates,
Nec gignito isthac liberos in urbe.
Hîc vitiosa patrum soboles vitiosiore pollet
Prole: hinc ruinâ disperibit unâ.
Quandoquidem gladio, pestiq3, famiq3 destinata,
Passim per omnes obiacebit agros.
Vnde feras campi, volucres quoq3 pascet insepulta,
Exemplaq3 iræ posteris relinquet:
Inde vel ut noscant, oculis animoq3 contuentes
Impœnitentem quid sit esse gentem:
Quid sit, peccatis iram malè provocare iustam
Vltoris alti, vindicisq3 summi.
Tu neq3 tecta subi luctûs, neq3 plange funus ullum:
Cladi cuiquam condolere noli.

Hunc

Hunc populum bellis, internecioneq; evidenti
Vexabo, necnon stirpitùs revellam,
Vllius miserebor Ego nec homuncionis, ut nec
Bruti: sed hoc mox enecabo, & illum.
Interea Gentes Evangelij tubâ vocatas
Ad Abrahami congregabo stirpem.
Perficiam pariter, simplex sit ovile de duobus,
Quod agnitum ME concelebret unà:
Vt venatores piscantibus additi, frequentes
Stent captu eodem piscium & ferarum.
Innumeros hominum subitùs mea signa congregabo:
Massâ impleatur nassa nostra, faxo.
Vnde mihi cœtûs Ecclesia sacrosancta lecti
Repullulascens, serviat per ævum.

Eadem. Actor. 5.

ORdo Magistratûs, sociorum nomine Petrus,
Iussa Dei *vestris anteferenda, sonat.*
Occiso à vobis, nos attestamur Iësu,
Quòd factus dexter, regnet in Axe, Patri.
Vos etenim proles pravorum prava parentum,
Vos parricidæ fratris in exitio,
Cuî nos in testes sacrato pneumate inuncti;
Proferimus verum testificante notâ:
Propter id audaces vilem contemnere vitam,
Aut etiam promti fundere martyrio.

Concilium

Concilium *interea frendens, cædemq; virorum*
Mente malâ volvens, Gamaliel cohibet:
Horum à cæde, manus, ait, abstinuisse tenemur:
Id lex sancta monet, causaq; iusta subest:
Id jus ac æquum poscit, ratioq; requirit.
Paret dicenti talia, Concilium.
Et, cæsos virgis, testes dimittit Iesu:
Ipsius hi gaudent nomine flagra pati;
Qui queat extremis rebus reperire patronum,
Causaq; actorem conciliare suæ:
Hanc ut confirmet cœlesti lumine, at illos
Confundat verbi voce salutiferi,
Cuius in augmento crescens Ecclesia, gaudet
Stirpibus innumeris multiplicata magis,
Vimq; minasq; lupi stygis exit, & irrito utrumq;
Iactu, re certâ, succubuisse videt.

XVIII. SANCTIFICATIO ET violatio Sabbati. Ier: 17.

COr perversum hominis tumultuatur,
Et corradit opes iniquitate,
Tumensq; ambitione, fastu, & astu,
Inscrutabile prorsùs invenitur:
In fibras tamen ipsius penetro
Ego Iehova *cognitorq; & ultor.*
Hinc reddo unicuiq; quod sit æquum,

Aut merces operis sui requirat.
Sabbati violatione lædor:
Contrà, sanctificatione lætor,
Quam mercede rependo copiosâ,
Lætam sub benedictione diâ:
Magnis auctibus ut domi forisq́
Regno conspiciatur in celebri,
Et cunctis propè rebus affluenti:
At illam maledictione tristi
Affatim cumuloq́ punioq́.
Portas Vrbis, & Aedis igne perdo,
Qui semper flagret, induatq́ vires
Maiori impete suscitatus à ME
Regni totius in gravem ruinam:
Quâ sim Iustitiæ remunerator,
Ac Iniustitiæ severus ultor.

Hydropicus. Lucæ 14.

VOce Dei sanatur hydrops, sine lucis almæ abu-
Fossâ retractum, quâ pecus levatur. (su,
Obstat enim nihilo factis bene mutuum levamen
Præstare quando id proximis tenemur.
Aeger ut à Christo hic intercute sublevatur un-
In luce sacrâ, cuius esset autor. (dâ
Felices, qui in eum confidere noverint datorem,
Quâ corpus & mens indigent, salutis.

XIX. PRO-

XIX. PROPINATIO CALICIS. Ier: 25.

HVnc ego de Domini sumtũ calicẽ manu iu-
Propino vates Gentibus bibendum: (bentis,
Regibus inprimis Orientis & in Meridiei
Ac Occidentis finibus locatis.
Hunc nolintvé velintvé bibant, & inebrientur unâ,
Cum gente sanctâ si volent beari.
Nam crucis haud expers Ecclesia cùm sit, æquita-
Erit Iehovæ iudicantis Orbem, (tis
Iungeret Abramidis Gentes simili modo iugatas,
Necnon eâdem lance constitutas.
Namq; domo à Domini cùm Iudicis incoetur
Gentilitatem sistet inde Iuri: (actus,
Hæc nisi commissæ desistat iniquitatis actu,
Per æquitatem litibus diremtis.

ZEBEDAEIDAE. Matt: 20.

IOannis, Iâcobq; parens Salome improba Chri-
Postulat ut gnatos tollat honore suos, (stum
In r gnoq; suo, quod mundanum autumat esse,
Primos ius primi donet habere gradûs:
Hanc tamen increpitat, contraria deposcentem
Vota sibi, regnum quòd crucis esset, Herus
Fratres respondent, lotos Baptismatis undâ,
Velle se, & ipsius nomine posse pati.

Hausturos id facturos calicis, licet astruat, illud
In Patris esse situm, quod petière, manu.
Collocat ad dextram, quos vult is, sive sinistram,
Qui sceptron Christo *spirituale dedit.*
Servos servorum dominari non dabit armis,
Ast Evangelij voce salutiferi.

XX. DEI OBLIGATIO SVAE Ecclesiæ. Ier: 30.

Obligat in Verbo sese Deus, *atq; lege scriptâ,*
Christoq; *misso cœtui piorum:*
Hinc ea verbalis, subscripta, realis obligatio
Communitati destinatur almæ.
Hanc ad communes pœnas reprobæ rapit cohortis,
Vt discat actus nosse pravitatis.
Agnoscat pariter propriæ vitiositatis ortum
Damnationis cum suæ ruinâ,
Iusticiæq; Dei *unius miserationis arrham*
Per Davididen, Messiamvé Christum,
Qui non istius, verùm quoq; sæculi perennis
Suos beabit munerator altus.
Germine Davidis siquidem generabilis, secundum
Carnem, vocetur, sitq; David almus:
Sêu Deꝰ *ac mortalis homo, sed hypostasi sub unâ:*
Davidis idem filius q;, Herusq;.

Quòd

Quòd necis & vitæ regnator, in universitate
Mortalitatis totius, perennet,
Iustitiâ vitam propriâ quoq; singulis piorum
Donet perennem, pace sub sequestrâ,
Quam, Patre placato, reparetq; fidelibus ministris,
Reosq; iustos reddat, ipse iustus:
Vt reprobus quivis mox improbitate derelictâ,
Adq; Israhelis Iehovam *reversus,*
Hunc Meditatorem solum colat, invocetq; semper,
Quò consequatur liberationem:
A Satanæ, Mundi, carnisq; iugo, & lacu Gehennæ
In Patriam exul cœlicam reductus.

Renovalia. Ioan: 10.

In festo renovalium, ambulando,
Quâ Solomoniacâ porticus æde patet,
Vrgetur (propè cinctus abs Hebræâ
Gẽte) palàm: exprimeret, Christ⁹ *an ipse foret?*
Vtrumvis profitetur ore vero,
Adiungiq; fidem vult sibi veridico:
Attestemini, ait, meas bidentes
Vos fore: psitta mei discite nosse soni.
Me quisquis sibi Messiam statutum
Credet, ei fuero lux, via, vita, salus:
Ei largiar à nece excitato,
Civis ut ætherea perpes in arce siet:

XXI. SILO. Ier: 31.

IEhova *sic inquit: novitate creabo nũc ſtupẽdâ,*
Adÿciam reliquis inſuper iſtud opus:
Virgo virum partu mirè circumdabit alma:
Imanuele ſato, gaudia Mundus aget:
Filia IeruSalem ſaliet ſuper alta Sionis
Culmina, feſtivos ducere gnara choros.
Complaudent cœli, tellus, mare, & omnia paſſim,
Atq; ferent Chriſto *dona ſalutifero.*
Fractor is Inferni, devictâ morte reſurget:
Vera reſurgentûm gloria, luce cluet.

Prima Synodus Chriſtiana. Lu: 1.

O *ſanctam Synodum, primam ſed in orbe Chri-*
O fœminarum congregationem, *(ſtiano:*
Quâ coniunguntur gravidis uteris ſacræ parentes,
Habentq; ſanctas collocutiones
Tam de Meßia, quàm milite, prodromo vel ejus
Inuſitato more naſcituris:
Quinetiam ſanctè gratatur Eliza virginali
Conceptionem partui beatam.
Hanc cunctis unam præfert mulieribus parentem:
Felicitatis compotem futuram,
Quòd bene crediderit verbis Genÿ ſuperbeatis,
Impleta rebus quæ brevì patebunt.

Iehova

Iehova *non fallit quenquam, neq; fallitur ꝑ ullū:*
Dictis & actis efficax, & æquus,
Quem ſacrata ſacro ſpiramine, virgo concelebrat,
Monſtratq; nobis eſſe prædicandum.

XXII. DISCRIMEN VTRIVSque Teſtamenti. Ier: 32.

Ecce dies inſtant (ait omniſciens Iehova) *pactum*
Quibus recenter fœdus innovabo
Cum genere Iſrælis, pariterq; Tribu domûs Iüda
Et universâ ſtirpe nationum:
Quale nec antiquis Patrum ferij diebus amplâ
Promiſsione ac obligatione
Ad conſervandum Legis ceremonias ſacratæ,
Moſisvé ſanctas conſtitutiones,
Quæ certam Chriſto *ſtirpemq; domumq; naſciturо*
Cêu denotarent, ſic ſubordinarent:
Cordibus at graphio fœdus penetrantiore ſculptum,
Stilové ſancti Spiritûs aratum:
Qui promiſſa recens animi bona, cum remiſsione
Culpæ reatûs: cum perennis ævi,
Necnon Iuſticiæ dono: auſpicijs at exhibendo
Chriſti *univerſæ Chriſtianitati.*
Ipſe novam legem præcordia ſubtus, extra, & intùs
Scribam, ut popellus ſint mihi Iehovæ.

Cognitione mei summos, minimosvé sexu utroq;,
Implebo, plenâ seu fide beabo:
Vnde recordabor nunquam vel iniquitatis horum,
Vel obstinatè criminis peracti.
Antè vices mittent Sol lunaq; noctis & diei,
Quàm deseretur gens Deo fidelis:
Antè poli mensura, soliq; remetietur alta
Et ampla, quàm sit derelictus Israel.
Quadrifido surgens Ecclesia promicabit orbi
In civitatis partibus quadratæ:
Eius sed medio dimetiar ipse sacrosanctâ
Aram æde, quâ sim semper invocandus.
Non holocausta petam, pecudumvé cruore fusione,
Sed vota fidi pectoris requiram:
Thure precum, & labij vitulos mihi perlitantis ar-
Dieq; gratâ, mitigabor Ias. (rhâ,

Cœcus à CHRISTO illuminatus. Lu: 9.

OStendens Christus veteris discrimina legis,
Ac Evangelij, se probat esse Deum,
Qui Dominus rerum, per Sabbata posit in ægro
Tollere sanando dæmonis acta feri.
Ergo Iudæis discordi in pace relictis,
Incidit in cœcum degenitrice satum,
Inde luti sputo, lux mundi gloria cœli,
Protinus effecto, lumina cœca linit:

Illitæ,

Illita, fontis aquâ Siloe iubet inde lavari:
Credit homo verbis, sanctaq; iussa facit.
Reddit Herus servo sanam cum corpore mentem;
Plastes antè, Medens nunc utriusq; tamen:
Vt quibus occurrat sanandis obvius ultrò,
Et medicam promtè conferat autor opem,
Per quam, lotus aquis Siloe, visu q; recepto,
Fit benefactori gratus, abitq; domum.
Turbantur signo turbæ: Pharisaicus ordo
Vellet id infectum luce fuisse sacrâ.
Gloria miracli fieret ne reddita Christo;
Hinc sanum technis impetit, inde minis.
Ter quia de Christi *facto repetisset idipsum:*
Mira fatendo piè, vera sonando probè.
Agnitus à propriis genitoribus, atq; relictus,
Annis quo iustis se tueatur, habet.
Hic, Christū *vatē, haud peccatorē esse, professus,*
Ex synagogâ actus, scribitur hæreticus:
Si tamen hæresis est fidei confessio veræ,
Quæ Christum *præfert omnibus una ducem.*
Hunc fastiditum communio si qua fugabit,
Hæc fugienda pijs, ille sequendus, erit.

XXIII. GERMEN IVSTIFICANS. Ier: 33.

EN dies instant, quibus excitabo,
Ait Deus, *stirpem David,*

Germen inprimis ſapiens & æquum
In iure dicundo, efferam.
Aequitas cum iudicio, vigebunt
Terræ per Orbem totius.
En erit, Iuda domus his diebus
Servata Chriſto *principe,*
Quem per, Iſraël habitabit omni
Ex parte confidentiùs,
Et Deo *patri ratus atq; gratus,*
In ſæcla ſoſpitabitur.

MESSIAS. Matt: 20.

A Chriſto *quæris, Phariſæe ſophiſta, quæ ſit*
Tã ſumma legis, quàm ſcopus, vel ordo? (alma
Tu de Meßiâ quæſitus, eum refers Davidis
Prolem eſſe iuxta carnem, Herum negando:
Huius at erroris convictus, apertiùs reſciſcis
Naturâ eundem duplici vigere.
Divina humanam fulcit rationibus ſtupendis
Vtrinq; : maior ſuſtinet minorem.
Imanuele ſato, nobisq; dato efficacitatis
Miræ per auram Spiritûs ſacrati,
Reddita vera ſalus, & iuſtificatio reperta eſt,
Quas Chriſtus *autor largietur ambas,*
Quoq; magis reſipiſcẽtûm ex grege largiatur omni,
Omnes ad unum ſe venire poſcit,

Qui

Qui peccatorum grandi cuperent jugo levari,
Crucisq; post æstum refrigerari.
Conferat id nobis solitâ miseratione servis
Iehova, *Natus cum Parente, & Aurâ.*

XXIIII. EZECHIEL.

ISrahelis domui prædicit fata, prophetes
Cœlicus, Ezechiel.
Sponte suâ visens Babylona, fit exul; & illinc
Scripta dat in Patriam.
Zedechias evertat eam ne funditùs, ipsum
Admonet officij,
Per quod Ieremiæ vati bene moriger, hosti
Deditione datur.
Voce Dei *iussus, sic dormit, utrumq; recumbens*
In latus ipse diu:
Expugnaturus cinctam quasi viribus Vrbem:
Solvitur inde metu,
Et canit Isacidis instantia fata: diebus
Septem ibi mœret inops.
Gentibus hæc etiam prodit discluſa profanis
Sede in apostaticâ.
Mœnia IeruSalem, *portamq; Orientis apertam*
Spectat in æde sacrâ:
Virginis ipsa typus matris, post, anteq; partum,
Imanuelis erit.

Relliquias Israel, exclamat, sicciné perdis
Bile furente, Deus?
Audit, in ostentum quia grande repostus ab ipso,
Ora soluta geret,
Quam primùm captam referet sibi nuncius urbem,
Nomine IeruSalem.
Hanc desolatam re verâ & civibus orbam,
Seminecemq̃, stupet
Mane loquens populo vates, hunc vespere sero
Condit humi exanimem.
Post tristem Patriæ cladem, quam nuncius illi
In Babylona tulit,
Ora recluſa gerit, vatesq̃ ubi fata recludit
Gentibus, emoritur.

Testimonia de eodem. Eccl: 49.

VIdit Dei *vultum* Ezechiel, *vates sacer,*
Et gloriam insidentis currui Cherub,
Ac commoratus inter hostium agmina,
Fecit bene ostendentibus directum iter.

XXV. SIMILITVDO QVATUOR animalium. Ezech: 1. & 10.

EZechiel vates divinæ sedis honorem
Et visionem gloriæ, conspicit, intuitu.

Insignem

Insignem vario currum fulgore rotarum,
Manu quadrigam sustinet, spiritibusq; movet.
A bijugis tractam profert animalibus illam
Alæ quibus sunt bis duæ, lumina plura tamen.
Hæc bene diversis inter se iuncta figuris,
Diversitatem vultuum non malè constituunt,
Quadrigamq; rotæ designant Emanuelis,
Agni Dei *vel essedum, quo meat ille polo.*
Est facies hominis prima, atq; secunda leonis,
Sed tertia exprimit bovẽ: quarta refert aquilã.
Quadrifidæ his operæ Christi *signantur* Iẽsu:
Mortalis ẽditur: cadit victima, more bovis,
Deq; Tribu Iudâ leo, victâ morte resurgit:
Præalta nubium petit culmina, ritu aquilæ.

Eadem. Apocal: 4.

Scriptor libri arcani, æmulans Vatem sacrum,
Pingit in hisce typis Evangelistas quattuor,
Divina quorum per quadrigam gratia
Vndiq; provehitur, fato redemtu Messiâ.
Humana Matthæum figura denotat,
Christũ *hominẽ esse* Deũ, *quod scriptor almus*
Ac explicet Patrum, Regũ, Ducũ genus, (asserat.
De quibus extat homo, parente natus virgine.
Lucas bovem verâ refert imagine,
Te quia, Christe, *canit totius orbis victimam.*

Complens eremum vox leonis fervidi,
A nece, testis adest Marcus, resurgenti Deo.
Iohan aquilæ volatui par arduo est,
Filius ille Dei, Sermoq; cui format stilum:
Est Iusticiæ Sol, fonsq; vitæ & luminis
Pectoribusq; sitim bino bis amne diffugat.
Homo Deusq; idem, cadit bos in cruce;
At leo magnanimus victa resurgit à nece.
Aquilæ volantis more fertur in polos:
Hîc etiam residet Rex, Pontifexq; Ecclesiæ,
Quam militantem cum triumphante unicus
Tutor ubiq; regit, vultq; esse propriam sibi.
Exornat electam universis dotibus:
Firmat, itemq; sui statûs amicit gratiâ:
Apostolorum ut scita & acta per sacra,
Illius auxilio, præsit piorum cœtibus.

XXVI. CONSOLATIO ET Promissio. Ier: 11.

EN ego vos congregabo, prapotens rerũ astruit,
O mei vos, ô fideles, aggregatos è locis
Gentium dispersionis, Patriæ reddam exules.
Vnde tellurem Israhelis ritè possidebitis,
Illiusq; idola quævis destruetis fervidi,
Acabominationes dissipabitis probè.
In meis sit una, faxo, mens idem spiritus,

Qui

Qui colat fibras eorum cordis, accensi face
Charitatis: saxeum quod carneo mutabitur:
In sacris ut ambulantes constitutionibus,
Et statuta noscitantes Iudicis summi, impleant:
Iehovæ mihi popellus facti ubiq; deditus.

Acolastus in gratiam receptus. Lucæ 15.

PRodigi figura gnati signat humanum genus:
Id suâ secessionem sponte fecit à Deo
Patre cœlesti, recepto nempe patrimonio,
Ac eo fœdè profuso natione in exterâ.
Est ad extremam redactum turpiter penuriam:
Vt petat vesci siliquis, paneq; in domo patris.
Cuius est is consecutus gratiam, tum gloriam,
Annuloq; muneratus cum stolâ innocentiæ.
Dũ prius foret professus, se reũ in cœlũ, & patrẽ.
Filius non vult vocari, sed minister effici:
Hunc parens complexus ulnis, ore blãdo suâviat
Bissinâq; veste cultum, musicâ auroq; excipit,
Vtq; natu maior adsit frater unà, perficit: (tigat:
Facta patris reprobãtẽ, & murmurãtẽ hũc mi-
Id volens propter repertum filium sibi dari.
Hoc typo peccator omnis recreatus, expetat
Omnium remissionem gratuitam criminum
A Deo *parẽte summo,* Christi Iesu *nomine,*

Vnico

Vnico in quo sospitantur singuli fidelium,
Gratiamq; consecuntur debitorum maximam:
Ad cor, & Deum reversi pœnitentiæ statu.

XXVII. PHILANTHROPIA Dei. Ezech: 18 & 33.

Sic præpotens infit Iehova *singulis:*
Mens quæq; peccatrix mori necessum habet.
Proles parentum iniquitatem non luet,
Nec culpa eisdem illius imputabitur:
Quò pœna sonti aut præmium iusto siet,
Quod si impius recedet à lapsa gravi,
Valeq; dicet omnibus piaculis,
Et Iustitiæ orbitam sequetur impigrè,
Non emori cogetur ille perpetim:
Sed vivet æternùm beatis additus:
Sontis necem, *iurat* Iehova, *non volo:*
Sed ut magis conuersus ad me, sit sup,
Vitamq; degat perpetem inter cœlites.

Adultera absoluta. Ioan: 8.

Dvlcior illa favis, ac mellitissima vox est,
Quod Christus *præsens sontibus, addat opē,*
Qui saragunt omnis resip scere criminis acti,
Iustitiaq; Dei dona beata sequi.

Cernis?

Cernis? ut id pariter facto, oreq; comprobet almo
Mœcham erga prênsam facto in adulterî:
Agrege hypocritico culpatam, & lege necandam
Moseos, absolvit conditione datâ,
Vt vadat, nec plus peccet: mutare laboret
Sed vitam vitâ commodiore malam.
Accusatores, scribente in pulvere Christo,
Dilapsi subitò, prosiluêre foràs:
Solus at emansit cum peccatrice Redemtor:
Missa, ne peccet plùs ea, submonuit.

XXVIII. PASTOR CHRISTVS. Ezech: 34.

EGo, Deus inquit, asseram meas oves,
Vt non pateant ullis direptionibus:
Pecus sed inter omne ero æquus arbiter,
Davididemq; suscitabo ei meum
Servum fidelem: pastor ipsis ut datus,
Cum pascuis pastum salutis conferat.
Ego Iehova verus his ero Deus,
Davidq; princeps harum, fiet in Patrem,
Et commoda illis providebit gramina
Et rivulos iuxta perennes, conditum
Ovile: tuti quo suâ tellure sint,
Et solitudinis loca & silvas colant,
Ignominiamq; non ferant: in gentibus

Noscant

Noſcant ut ipſi, quòd mei ſint hi greges,
Ego q3 eorum præpotens ſim Iehova.
Hi plebs mea & gens Iſrahelis in domo,
Pecus mei eſtis paſcui vos: vos Ego *meas oves*
Veſter Deus *curo, loquens q3 id, aſtruo.*

Bonus paſtor & mercenarius. Io:10.

Servat oves paſtor: conductus at ære deputato
Mercedis, ipſos deſerens, coarctat:
Quin veniente lupo quoq3, transfuga deſerit biden-
Impune q3 ipſi dat truci vorandas. (tes
Cura mei exto gregis, quẽ paſco probè, minoq3 paſtũ
Et fonte poto recreationis.
Quem redimo ſusâ latere ex proprio cruoris undâ,
Necnon redemtum protego potenter
Adverſus Satanæ technas, ſtygiaq3 paludis,
Et univerſas machinationes.
Hæc ingens certè victoria proderitq3 Hebræis
Et orbe toto gentibus reſperſis.
His ego coniunctis fidei unius efficacitate,
Ovile condam de duobus unum.

XXIX. RESVRRECTIO mortuorum. Ezech: 37.

OBſecutus iußioni cœlicæ, vates ait,
Hoc in agro diſſipatis, concionor oſſibus

His

His resuscitationem sic: (reviviscent enim)
Arida ossa, nunc Dei, ad vos facta, verba sumite:
En Ego Iehova promit, spiritu vos imbuã,
Vosq; rursus carne, & artus pelle vestros induã,
Vos cute obducam tenellâ, vos redonabo halitu,
Vt reviviscendo vestrum me sciatis Iehovam
Præpotẽtẽ ubiq; rerũ: tã necis, quàm vitæ Herũ.
Cuius hic fragor duelli? speco quid stupens ego?
Os ad os accedit ultrò per suas compagines:
Iungitur nervis caro, ipsi sed cutis distenditur.
Iussus à Deo secundùm, suscitabo his spiritum:
A plagis exorte flatus bis duabus, adveni,
Ac in hos suffla necatos, ut resurgant illicò.
Quàm Dei virtute, magnum cerno iam miraculũ?
Cerno cum stupore mentis, mortuorum corpora:
Quæ resurgẽdo, viritim stant phalangis ordine.
Audio Deum sonantem rursùs hoc oraculum:
Israhelis sunt domûs hæc ossa carnis vividæ:
Cur tamen spes nostra, dicũt, aruit cũ his ossib⁹?
Prorsùs abscissi perimus. Iova reddens his, ait:
Ipse vestris de sepulchris mortuos reduxero
In solum Israel ut sciatis esse vestrum Me Deũ.
Imbuam flatu meo vos, & novâ vitâ induam: (nica,
Supra humũ vestrã locabo, gens mea & plebs u-
Quò Deum noscatis hinc Me, dicta re qui ad-
(impleam.

Eiusdem

Eiusdem assertio 1. Cor: 15.

TRadidi id, Legatus inquit Gentiũ, quod hauserã
Ipse, scripturas secũdũ, Christõ esse mortuũ
Ac item resuscitatum tertio die à nece,
Qualis à me prædicatur cœtibus fidelium.
At resuscitationem mortuorum cur negant
Reprobi quidam assectorum Saducæâ de scholâ.
Qualiter Christus revixit, taliter demortui
Conrevivíscent, sequaces eius, & sancti gregis.
Id foret falsum profectò, ni redux vitæ is foret.
Ergo si non excitentur mortui, Christus neq;
A nece est resuscitatus? falsa prædicatio
Nostra erit: fides inanis no ra, & omnis gloria.
Falsitatis arguemur nos Deo testes patri,
Quòd minùs resuscitasset filium de mortuis:
Quòd per ipsum suscitandi non erunt emortui.
Omnis hoc pacto peribit cordium fiducia:
Morte sublatâ, reatûs pœna quæq; desinet
Restitutione vitæ, vindicisq; anastasi.
Hac sine in Christo fides est mortuis frustranea,
Mortuíq; omnes in illo, spe peribunt irritâ:
Cuius utriusq; fruges quæ, necessitasvé erit?
Nulla si spes restet unquam de beatâ cœlitum,
Alteráq; vitâ in astris, Christiano præ grege
Fiet abiectum magis nil, cladibusvé obnoxium:

Christus

Christus *at verè revixit, præpotens rex omnium,*
Vniversorumq; Iudex constitutus à Patre:
Primus est frugũ maniplus, quo sacrantur cæteri.
Per vetustum mors Adamum quomodo esse cœperat,
Per novi absorbetur huius sic Adæ victoriam,
Qui resuscitabit omnes mortuos, vitæ redux.
Sed suo unusquisq; nostrum stabit ordine, & loco:
De sepulchris excitatos, Mundi in atro funere,
Dux præibit, Angelorum septus utrinq; agmine.
Mortuorum si haud futura est corporum excitatio,
Cur periclitamur ipsi nos in omni tempore?
Cur ego depræliabar belluas homuncio?
Cur pigro ventri studendum luxuivé non erit?
Cur bonos mores malorũ lædat haud sodalitas?
Cur fugetur sanctiori pravitas commercio?
Hostium postremus est mors, quæ resorpta concidet,
Vitaquò resuscitatis mortuis fiet reddita,
Plenaq; in Nato parenti sit supremo gloria.
Vnde depostâ vicissim carne molis terreæ,
Ac per id corruptioni debitâ, Christo auspice,
Rursus induemur omnes carne perdurabili.
Prolocutus hæc, stupendi pando rem mysterij:
In die quotquot suprema nostrũ erunt supstites,
Non recondemur sepulchri putrefactionibus:
At, repentino innovati pro statu, mutabimur,
Quod quidem, fiet necessum, differatur ut quoq;

Christi

Christi in adventū supremi Iudicis die ultimâ,
Spe tamen fruitionis tunc Iēsu gloriæ,
Et triumphatoris almi cum trophæo nobili,
Per quod assequemur eius gratiâ, victoriam.
Quâ coronabuntur astris Christiani milites:
Nos tamen certi futuræ mortuorum anastasis,
In vocatione stemus traditâ divinitùs,
Donec hoc ab incolatu corporis durißimo,
Evocemur morte sanctâ, cœlitum ad consortia
Semp expetenda cunctis, & tenenda hæredibus.

XXX. DANIEL VATES.

Est Daniel vates, quo vix sapientior alter,
Aut extitit divinior.
Quolibet obtinuit nomen poliistoris ævo
De quattuor Monarchijs,
Quas ita describit, propriisq; coloribus ornat,
Sed maximè quartam explicat,
In quâ Meßiam succiso stemmate Iūda,
Enascīturum concinit:
Septenâ decies cœsum iri Hebdommade, Mundo
Piacularem victimam,
Aeternigq; pijs regni sceptrum esse daturum
Monarchiam post ultimam.
Bis binos toto convertit in orbe Monarchas,
Nutriciosq; Eccleßæ.

Annos

Annos Chaldæa præfectus septuaginta,
Rempublicam gessit bene.

Testimonia de eodem: Eccl: 28.

SIbi Ezechiel Oraculo audit objici
Sic: an Daniele vis haberi doctior,
Sapientiorvé? nulla quem mysteria
Vnquam latebant abdita ac impervia,
Sensu vel arcano satis recondita
Deum *Danielis, ipse cuius spiritum* Dan: 6.
Haberet inditum sibi: Nebugdneser
Illum colens, mandat suo in regno coli:
Darius & Medus, Cyrus Persa insuper
Colunt & ipsimet, colendumq́ imperant
In omnibus regni sui provincijs.
Decreta publicant Hebræis, ut queant
Templum ædificare rursùm in Vrbe Ierusalem:
Nehemia *ductore, &* Esdra *fervido,*
Doctoreq́ Mosi legis imperterrito.

XXXI. REGNVM CHRISTI. Dan: 2.

VErax Deus *prophetiæ fidelibus*
Dictis, ait: Diebus in novissimis
Quartæ Monarchiæ, excitabo cœlitùs
Perenne regnum, mundi in ampli finibus,

Per

Per Christianæ veritatis nuncium,
Sacri sed efficacitatem spiritûs:
Ne destruatur, at vigens perenniter,
Mundana frangat regna, sive finiat,
Quorum autor, & servator exto terminis,
Certis eisdem constitutis, unicus.
Faxo perennet illud ipsum in sæcula,
Aurumq́ & argentum coloßi fusilis
Perfringat æs, lutoq́ ferrum mixtile,
Collisa mutuò ac refracta dissipet
Sic, horum ut extent ne quidem vestigia,
Orbisq́ ruat consumtus atris ignibus:
Sed Iusticiam novum per orbem proferat,
Solusq́ regnet sæculorum sæculis.

IESVS NAZARENVS REX Iudæorum. Mat:27. Mar:15. Lu:23.

Conscia mẽs culpæ, mẽs turbida præsidi est Pilato
Mystarum acerbâ mente, viq́ fracto.
Cæsar eis sit rex, Rex spiritualis ast Iësus
In corde regnet per Fidem novato.
Hinc Rex sanctorum sedet in solio crucis præalto,
Dextrâ Pilati commodè notatus, (bræis
Quando crucẽ inscribit titulo hoc is: Iësus ille He-
Rex Nazarenus pendet hic necatus.

Addit

Addit (nequicquam populi remorante eum furore,
Irâvé) scripsi: linquitote scriptum.
Regni usurpati damnatur ab ore cuius antè,
Nunc hoc eodem teste Rex habetur.
Is crucifixus enim, Satanã crucifixit & Gehennã:
Chirographum almo sustulit cruore.

XXXII. TRES VIRI IN FLAMma servati. Dan: 3.

NOn adoratis colossum, vosné Iudæi? aureum,
Rex furens irâ, tonat sic: ni dato signo tubæ,
Concidetis, provoluti coram eo, peribitis
Igneæ fornacis æstu, septuplo accensæ magis.
Et quis est passim deorũ, qui manu vos de mea
Eruat? blasphemus hinc est in Deũ ter unicũ.
Talia ad quæsita, dicunt, nil oportet nos tibi
Reddere, ô Rex. Israhelis Iehova est sanctissi-
Qui suos potest ministros liberare, si volet: (mo,
Sin minùs, certè Colossum non colemus nos tuum
Maximâ nostri Iehovæ contumeliâ unici,
Præpotentis, atq; vivi sæculorum in sæcula.
Regis inflammant furorem, tradat hos ut ad rogum:
Nec tamẽ succensa fornax septuplò, lædit pios,
Intùs at deambulantes cum Dei Nato, tenet.
Hinc stupore mentis actus, Rex ita infit Aulicis:
Flammeũ nonné in caminũ tres viros cõiecimus,

Sed meæ bilis ministros concrematos sensimus?
Vinculis videmus illos nunc solutos omnibus,
Ambulare concinentes: quartus ipsis additus,
Filij Dei figuram splendido vultu refert.
Dixit: assensu & suorum, cominùs rem perspicit,
Ostio fornacis, ignes evomentis, proximus:
Quâ suos illustriores fecit athletas Deus.
Sidrach, Abdenago, Misach, egredi huc contendite,
Quæso, cultores Iehovę maximi ac ter optimi,
Parte vestium his nec ullâ, corporisvé ustâ, stupet.
Illicet confessionem Rex Nabuchedenesar
Edit hanc: Deprædicandus singulis erit Deus
Sidracią & Abdenaci, Misaaci deniq,
Qui suo cœlis ab altis misso ad ipsos Angelo,
Hoc ab iniectos camino liberavit igneo:
Servulos servavit in quo Filius Dei suos:
Vnde nunc edico rursùm, natio omnis, linguaq,
Plebsq, si Deo Israhelis dixerit convitium,
Funditùs mox deleatur stirpe cum suæ domûs.

Consignatio Electorum. Apo: 7.

CHristi per Genium, Angelos benignus
Grassari quatuor vetat Iehova:
Clamans ille quidem, tonans & inquit:
Ne vastate soli, arborumq, fructus,
Donec frontibus in sacris notentur

Electi,

Electi, Indigetesvé perbeati:
Viventis sed hic Angelus Iehovæ,
Necnon Vnigenæ patris superni,
Fert signacla sacro notata flatu,
Dei *Iusticiâ, Fide quoq3 almâ.*
Coram Agno, Genÿ stolis amicti
Albis, candidulią3 stant ministri,
Et palmis oleas tenent utrisq3,
Victorią3 Epinicion canunt hoc:
Qui supra residet thronum, sit Agno
Laus, virtus, benedictioą3 perpes,
Cuius munere maximo universis
Salus unica profluit beandis.
Vultu prociduo superbeati
Adorant Genÿą3, Amenq; *subdunt:*
Potestas, sapientia, inquientes,
Robur, perpes honos, ovatioą3
Sint nostro data Iehovæ, *Parenti,*
Nato, Spirituią3 sacrosancto.

XXXIII. INTERPRETATIO Scripti: Numeravit, Appendit; Divisit. Dan: 5.

Haec capitalis, ait vates Danielus, est Iehovæ
Sententia in te, Balthasar Monarcha.

Quòd simulacra, tuosq3 deos manu & arte fabri-
Ligno, vel auro, rex colas profanus, (catos
Cùm nihil aspiciant, nihil auribus hauriant sonori,
Cùm saxa, trunci sint, ad hæc deastri.
Iam regnum ille tuũ numeravit, *& illud, haud*
Vllis diebus, calculo reduxit. (movendo
Appensum appendit *semel, idq3 bilance iustiori,*
Et diminutum viribus, notavit.
Divisit *pariter: divisa tibi Monarchia isthæc*
Medo atq3 Persæ cedet attributa.

Christus Rex regum. Apoc: 10.

EST fortis validè Antichristus armis:
Turcus fortior hoc equis & arcu.
At fortissimus est Dei *Agnus: horum*
Flatu oris sui & ense utrumq3 perdet:
Rex, custosq3: hominum & Dei *sequester,*
Ac Ecclesiolæ gigas sacratæ.
Rugit more leonis in fugandos
Hostes voce sui potente verbi,
Necnon fulminis igne dissipandos
Fragore aut tonitrûs sui necandos,
Omnes lethiferæ luis clientes,
Ac pestes hominum, graves & hostes.

XXXIIII. DANIEL CONSERvatus in lacu leonum. Dan: 6.

EVehitur supra Satrapas Danielus universos,
Dario & astat proximus Monarchæ.
Factus enim Princeps, pariterq; supremus Aulico-
(Extorris Hebri ex gente cùm fuisset) (rum,
Non caret invidiâ, virtus peregrina, barbarorum:
Cultor Iehovæ *est impijs perosus.*
Hinc quâ vi, quâ fraude potest, odio, calumniâq;
Apud Monarcham prægravatur altum,
Nomina quòd divina colens, neq; supplicârit illi
Decreto honoris terreo Tonanti:
Sed neq; pensârit Regi benefacta dignitatem
Sibi immerenti propter attributam.
Proijciur, Rege invito, Daniel lacum in leonum:
At per Iehovæ *liberationem,*
Extrahitur salvus, sospes quoq; redditur Monar-
Læto, & Iehovam *ritè prædicanti, (chæ*
Quòd Genium vati demiserit, à famelicarum
Ne belluarum læderetur ore,
A quibus insidiosa cohorsq;, propagoq; æmulorum
Nictu fuisset devorata oculi.
Vnde Monarcha colit Iovam *Danielis, & colen-*
Vbiq; regnis mandat universis. (dum,

Petrus ab Angelo liberatus carcere. Act: 12.

Occiso Herodes Iacobo fratre Ioannis,
Cædi prehensum publicæ destinat inde Petrũ:
Facturus gratam cæsorum sanguine, Ebræis
Rem, quomodo indolis suæ more tyrannis agit.
Hæc mactare Petrum, finito Paschate, gliscit:
Sed antevertit præpotens, qui regit omne, Deo,
Sanctorumq; preci donato, vincula demit,
Tunc liberato carceris compede per Genium.
Illi haud credentes Rhode, foris esse Simonem,
Intro tamẽ missum vident, concelebrantq; De-
Vtpote qui eluso per talia facta tyranno, (um;
Christigenam voluit rem stabilire magis.
Morte luit pœnas custodia capta virorum;
Effugit Herodis manum per loca tuta, Petrus.

XXXV. BESTIARVM QVATuor imago & significatio. Dan: 7.

IN Mundi pelago, & quadruplici plagâ
Aethræ, tot varijs flumina motibus
Luctantur, totidemq;
Dant consurgere bestias.
Prima alis aquilæ cognita, cêu leo,
Tendit fauce, iubis, ungue perhorrido,

Evulsis

Evulsis tamen illis,
Crure & corde hominem refert:
Primas Imperio dat Babylonico
Primum, forte, potens, nobile quod fuit:
Medis, indeq; Persis
Cessit, dante Dei manu.
Hoc, ursum referens altera, vult enim:
Tres costas siquidem dentibus exerens,
Bellax, carnivora, atro
Pastu plena cadaverum.
Ipsam pone subit Belua tertia,
Quæ pardo similis quattuor, egerit
Dorso alas, quatriceps q; est,
Græcæ in signa Monarchiæ.
At postrema decem cornibus eminens:
Visu terribilis, prævalido potens
Armo, crureq; & alvo,
Romanum Imperium notat.
Hinc, quæ comminuit, devorat illicò:
Omnes calce semel reliquias terit,
Eo denis quoq; cornu
Vnum cornibus exerit,
Quorum terna statim vulsa, resurgere
Nequicquam poterant, esse nec usui:
Humana illud at ora
Cum binis oculis gerit:

Fastu, astuq3 tumens, grandia detonat,
In verbisq3 sibi sesquipedalibus
Valdè perplacet, omnes
Ipsum ut terreat unicum:
Donec iudicio sæculi in ultimo, &
Mundi fine, sacro præsideat throno
Antiquusq2 dierum,
Iustusq3 arbiter omnium.

Ioannes vaticinatur devorato libro. Apoc: 10.

AGenio librum recipitq3 voratq3 Ioannes,
Vates futurus, Gentiumq3 Apostolus
Adversus turmas equitum Mahumedis, Antichristi
Necnon locustas orbe toto dissitas.
Roboribus pollent, exercitibusq3 parati,
Gazisq3 & armis, practicisq3 industrij.
Sunt etiam linguis instructi pluribus, & sunt
Acres sophistæ, hypocritæq3 subdoli.
Hos Evangelij vox arguat increpitetq3
Victos docentûm prædicationibus,
Quas sacri flatûs vigor exigit, atq3 refutat
Sermone veritatis invictissimo.
Excitet hîc aliquos, Enochi flatu, oreq3 Eliæ,
Verbi ministros, & Prophetas, Iehova.

Vnde

Vnde Baaliticiq; Mahumediciq; furores
Et Antichristi concidant fallaciæ.
Mandato Genij certos velut antè Ioannes
Induta adesi sumit arma codicis:
Pugnet ut eventu quovis, stationibus omnem
Cursum explicatis prospero sub exitu.
In cruce sit tolerans, Christo *sed obædiat idem:*
Hero minister: regi athleta cœlico.
Ipsius auxilium communem poscat in hostem,
Mentisq; pestem subiugandam cælitùs.
Cum Satanâ Mundum, mortẽ, & cũ crimine carnẽ
Christus *fidelium in salutem, perdidit.*

XXXVI. ARIES PERSICVS AB HIRCO Græco superatus. Dan: 8.

INterpres Genius sacrum Prophetam,
Ac desiderij virum instruendo,
Medum & Persam, aries, ait, bicornis,
Darium atq; Cyrum, notat Monarchas:
Ductor caprigeni gregis sed Hircus
Græcorum caput Imperi resignat
Magni nomine req; conditoris,
(Qui spe omni citiùs, domabit Orbem)
Alexandri obitum, Monarchiamq;
Luxu, cædibus, & dolis subactam
Duces accipient celebriores:

Divisam sibi partibusq; iniquis,
Concordi studio minùs, tenebunt.
Surget Antiochus, gravis tyrannus,
Armis trux, facie nimis severus.
Is virtute suâ nihil, sed Hebri
Crescet Pontificum artibus malignis,
Ac intercipiet decus Coronæ,
Florem militiæ, Deiq; plebem:
Ipse phtyriasi cadet peremtus.
Hæc dicens Genius sacro propheta,
Non plus conspicitur, futura scire,
Et mysteria discere expetenti
Magnarum quatuor Monarchiarum.

XXXVII. BESTIA SEPTICES cum bicorni. Apoc: 15.

Bestia quæ terram, pelago progressa, peragrat,
Monstrumq; septiceps refert imagine,
Hæc denum cornu gerit, & diadematis auro
Insignit: auctu totius blasphemiæ,
Assimilis pardo est pelle: urso naribus ipsi
Plantisq;: sed tubâ leoni, fauceq;.
Cui monstro tribuit Draco vimq; minasq; nocendi
Toto orbe sanctis, maximâ tyrannide,
Quâ premat incautos, necet at sibi quosq; rebel-
Vicariatui aut suo contrarios. (les,

Cornu

Cornu uno accepit vulnus lethale: receptâ
Integritate virium mox pristinâ.
Ista videns omnis tellus, stupefacta tremiscit,
Amensq; bestiam laborat insequi.
Hanc duce sub valido, veteriq; dracone potentem,
Adorat, & colit profanis ritibus:
Formidabile ei robur quia contulit uni
Omnes premendi, sed timendi neminem,
Postquam, sæva tonans, blasphema sonaret iniquè,
Et tanta totq; plausira probris éderet.
In Christum, *&* Christi *notos virtute mini-*
Ac in beatos ordines cœlestium. (stros,
Dumq; illi inciperet minui concessa potestas,
Necnon facultas enecandi quoslibet,
Bestia eam adiutans firmat minor atq; bicornis,
Egressa item de Continentis montibus.
Hæc instructa dolis, & vi, distare parumper
Agno Sionis, visa primitùs fuit,
Omnia mox simulans, invertens, dissimulansq;,
Primæ studet sanare vulnus bestiæ.
Hoc ubi sanasset, laqueo grassatur & igne;
Summos Monarchas sauciat cum Regibus.
Non eam adorantes, exarmat hypocrisis æstu,
Fastuq; deponit prælatis sedibus.
In sola de cœlo labentia signa reducit:
Subesse vult nulli, imperare singulis:

Vult, per eam regnent, vult deturbentur ab alto
Reges throno, tum Cæsares, tum Principes.
Est quia terrestris, terrestria quærit, & ambit,
Procudit & miras ubiq; practicas,
Donec ad extremum seq;, atq; tyrannidis arcem
Deperdat (Orci mancipata tormini.)
Assecląq;, clientelas quoq; mancipet illi,
Cœtus piorum pro perenni gloriâ.

XXXVIII. DESOLATIO VASTATRIX. Dan: 9.

A B exitu sermonis, Angelus refert
Vati, Hebdomadûm denas ad usq; septies,
Id est, in annis sæculorum quattuor
Et octoginta, septem item, delebitur
Respublica Hebri, vastitate totius
Regni: abrogatæ surrogabitur nova,
Novum insuper fœdus vetusto fœderi.
In dissitis toto orbe nationibus,
Exaudietur nuncius lætissimus
De Messiâ resuscitato à mortuis,
Et gloriâ Patris recepto cœlicâ,
Regnanteq; Verbo, spirituq; gratia
In sempiterna sæculorum sæcula.

Abomi-

Abominatio. Matt: 24.

QVando ſpectabunt pÿ, abominantes
Orbis aut molem, aut quoq; vaſtitatem,
Quam canit vates Daniel futuram,
Chriſtus ita inſit,
In loco hanc ſtantem Domini videbunt,
Qui nihil ſuffert ſimile, aut ſecundum:
Quippe coniunctis manibus piorum
Diripiendam,
Eſſe tunc ſummè precibus vacandum,
Ne ſit aut illis ſub inerte brumâ,
Aut die feſto fuga, quæ retentis
Omnibus obſtet:
Sed recondantur latebris eremi,
Tecta ſeu ſupra, foris aut domi, alta,
Dextra cùm Iovæ queat invenire
Singula paſſim:
Tunc erit væ væ gravidis, & uber,
Matris, infantûm gregibus, trahentûm:
Tunc erit væ væ mala perpetranti
Sexu in utroq;.
Ac niſi Electos Deus ipſe propter,
Hos dies magnæ breviârit iræ,
Non foret certè caro ſalva totum
Vlla per orbem.

XXXIX. RESVRRECTIO mortuorum. Dan: 12.

Omnes, in terrâ qui dormivêre, sepulchris
Illi resurgent de cavis superstites,
(Angelus id vati profert) sive ad probra sortis,
Iugisvé mortis, sive vitæ gaudia:
Qui docet, ac Evangelion profitetur ubivis,
Certabit ille Solis amplo lumini:
Quin etiam vincet Lunam, fulgore perenni
Inter minora promicantem sidera.
At nos discipuli simus Danielis: ab almo
Crucis levamen impetremus Messia:
Vnde precum vigili sub sobrietate, palæstrâ
Exercitati, concinamus hoc melos:
Christe, sator Mundi, bone custos, atq; redẽtor
Censor rediens huc, Sospitator nos bea.

Sedes beatorum. Apoc: 21.

Agno Sponsa datur divinitùs, apparata mirè
In vestis auro bissinæ micanti:
Vnde coronatur diademate fulgidi metalli
Ornata corpus, sub typo Vrbis altæ,
Quam colat æternùm genitrix sacra proliũ parentũ
Vtroq; sexu, Regis & supremi.
Gloria cuius inest, splendor quoq; dignitatis illi
Sic præparatæ nuptijs Dei Agni.

E qua-

E quadraturis, ſtant mœnia condita, unionum,
Et tuta portis ſex bis, Angelorum
Nomina, cum ſortis tot Apoſtolicæ viris, & Agni
Throno inſidentis cœlico, recîſa,
De cuius lumen cœleſte ſacrâ ferunt lucernâ:
De cuius odis mutuantur odas,
Sive novum carmẽ, quo Agnũ Dei *ubiq; ꝑſecuti*
Cum Patre laudant Pneuma ſacroſanctum.

EPINICION COELITVM.
Apoc: 21.

COeleſtes recinunt chori Deo *hymnum,*
Abſorptum ſtyge propter Antichriſtum,
Necnon ipſius aſſeclas, Gehennæ
Sedi in ſecula quæq; mancipatos,
Vnâ voce velut canendo iunctim,
Edunt vocibus Halleluia lætis:
Laus, virtus, honor omnis hûic ſit, aiunt,
Iuſtè qui probat æqua, iniqua damnat:
Sanctos aſſerit, improbos trucidat
Vnus legibus æquitatis, omnes.
Sanctorum repetit cruoris hauſti
De poclo Meretricis in Babele,
Cùm fumi vapor halet exoletus,
Quem tetro gravis or us ore ructat.
Hoc ſorbentur ita Antichriſtiani,

Vt cœli

Vt cœli invideant pijs quietem.
Interim solium supra sedentem,
Viginti quatuor senes adorant:
Quadruplex animal eis iugatur,
Respondet quoq; vox Throni prælta
Sic: Iovam *celebrate in omne sæclum*
Aetas omnis, & ordo sexu utroq;.

THOMAE MITIS LYMVSAEI

SYNOPSIS BIBLICAE, LIB. III.

Ex Historia 12. Prophetarum, totidemq; Apostolorum, & Actum eorundem.

I. HOSEAS.

I*Ram* Dei *gravem minatur* Oseas
Cum plebe, Mystæ ac Principi,
Ad Iehovam *ni pœnitentiæ statu*
Mâlint reverti protinùs,
Et totius Spe impunitatis à Deo,
Relinquere idolatriam.
Minis remiscet insuper solatia
Cum liberationibus

A servi-

A servitute, vinculisq; corporum
Et mentium, Christo *auspice,*
Qui morte mortem devoratam glutiens,
Orci sagenam destruat.

II. CASTIMONIA HOMINIS utriusq;. Cap. 1.

EST casta mens Deo: *unde castos corpore*
Ac mente servos expetit.
Scortationis odit idolatriam
Cum sculptilibus gentilium.
Stupri osor idem, haudm œchum, adulterum quoq;.
Nec scorta, adulteras q; amat.
Hostis vagæ libidinis semper, probat
Vtramq; castimoniam.

S. PAVLI ASSERTIO. 1. Cor: 6.

NOn erret ullus, nemo scortator, vagus
Adulter, idolatra, fur, cynædus, aut
Effœminatus, trux, avarus insuper:
Nemo ebriosus, obtrectator, perfidus
Regni Dei *hæres fiet ullo tempore.*

III CVLTVS ACCEPTI DEO. Hos: 3.

IN proximos benignitatem Iehova
Pluris facit, quàm victimas.

Expo-

Exposcit ille plus scientiam sui,
Holocausta quàm sibi data.
Morale opus præfert sacratis ritibus,
Poscitq3 amorem mutuum.

CHRISTVS ad Pharisæos. Matt: 9.

CHristus *Pharisæis insit: ite, & discite*
Oseas quid aiat, mentis interpres Dei:
Moralia præfero ipse ritibus sacris.
Vocare iustos, in solum haud scandi è polo,
Aut, fastu & astu perditos, hypocritas:
Sed ut reos ægrosq3, iustus & Medens
Ad Iusticiæ & vitæ viam reducerem.

IV. MORSVS MORTIS, PESTIS inferni. Hos: 13.

PLaudite terrigenæ, *Pæanaq3 pangite* Christo
Soteriarum principi.
Is victor nobis communicat omnibus omnes
Ex hostibus victorias.
Vnde refert Oseas, *illo affirmante, prophetes:*
Estote fortes, ô mei:
Vos necis è manibus, vos atri faucibus orci
Mihi retractos eruam,

Cùm

Cùm fuero victæ morti mors, morsus Averno,
Vitæq3 redux Fidelibus.

Assertio eiusdem. 1. Cor: 15.

INferni victor devictâ morte revixit
Christus, *fidelium salus,*
Ergo resurgemus per eundem, vivificati
A morte primâ, nos quoq3,
Qui capitis vivi vitalia membra, fovemur
Bonæ spei fiduciâ:
Dicere nil veriti Paulo cum teste fideli,
Dictisq3 & actis cognito:
Christi *victoris, mors est absorpta, triumpho,*
Idq3 in eorum gloriam.
O inferna lues tua ubi victoria? victas
Præbes manus Christo, *& Pijs.*
Gratia sit Iovę, *qui dat per* Christon Iësum,
Nobis Herum, victoriam.

V. IOEL. 1. & 2. Cap. & Rom: 16.

Vero Ioelis testimonio, in pijs
Spesq3 Fidesq3 aluur Flatûs sacrati gratiâ:
Confertur at Dei *favore maximo*
Christigenis gregibus per pœnitentiæ statum.
Convertimini ad ME, ait Vatis sacro pater
Cœlicus ore, Mihi plebs corde toto dedita.

Ieiunÿ

Ieiunij & planctûs perapti tempore,
Pectora scinde magis, quàm pectorale corporis.
Adsum tibi benignus & clemens Deus,
Longanimis pariter placabilisq; in Meßiâ:
Quem Iustitiæ dedi Magistrum Gentibus,
Additæ ut Isacidis, Sionis Aede iubilent,
Quam mane, vesperiq;, quomodo antea
Est fieri solitum, cœlestis imber perpluat.
Ego meum effundã *deinceps* Spiritũ:
Vaticinetur ut hoc proles eorum, fecero:
Hinc quisquis illorum piè invocauerit
Nomina sancta Dei, *servabitur per Meßiam.*

CHRISTVS DOCTOR.

Matt: 3. & 13.

En Filius (clamans ab alto detonat
Cœlicus ille parens) hic est mihi acceptißimus.
Placatus hoc solo, reis mortalibus
Sum Deus *& genitor benignus omni tempore,*
Párere Doctori lubentes cœlico
Dum modò nil dubitent: omnes eidem subditi.
Illum sacer formâ columbæ candidâ
Spiritus irradians, cunctis adimplet dotibus.

S. PETRVS. Acto: 3.

DOna Dei *reverenter habet Petrus: extenuãtes*
Illa, monet, scelerum mox uti pœniteant.

Quòd

Quòd musto plenis adscribant alma sacrati
Flatûs linguarum dona: perapta viris,
Quotquot Apostolicæ defungi munere sortis
Deberent, Vrbis quâ patet Orbe situs,
In quo Evangelion divulgandum omnibus esset,
Qui Christum *fassi pectore & ore* Deum,
Crediderint in eum cunctis in vota vocandum,
Salvi ipso possent esse salutifero.
Hoc eventurum prædixit voce Ioëlis,
Seq; effusurum propria dona, Deus:
Nempe sui & Nati divinam flaminis auram,
Aetatem quæ omnem vivificaret ope,
Instrueretq; pias mentes, linguasq; docentûm
Ac ediscentûm facta sonare Dei.

VI. AMOS. Cap. 1. & 8.

Bvbulcus Amos en Prophetes à Deo
Vocatur, ut Mystis suos & Regibus
Lapsus gravaret voce quàm liberrimâ:
Post verba tandem sustinere verbera
Nil erubesceret, Dei *solummodò*
Dum velle iussus præstitisset in suâ
Vocatione spretâ, ob imperitiam
Et rusticitatem: impœnitentibus necem,
Verbi & Dei *famem & sitim denunciat,*
Futura quæ sit acrior panis fame

Dirâ, sitivè frigidi potûs aquæ.
Regi Syriæ Azaeli, & eius filio
Exterminium prædicit: at regnum Dei
A stirpe Ebræa transferendum esse ad pias
Gentes (vocationis harum conscias)
Et participationem Iësu *Messiæ.*

Stephanus Protomartyr: Act: 7.

Colle Sionis
De sacrosancto,
More leonis
Rugiet olim,
Voceq; lætâ
Nuncius ibit
E Solymorum
Vrbe per Orbem.

Firmat idipsum
Primus athleta
Protoq; Martyr
Regis Iesu:
Frater at eius
Asserit autor
In Synodo almâ
Ier Solymarum.

Iac: Maior: Act: 15.

Paulus & Barnabas. Act: 13.

PRopriè, primumq; vobis, *Paulus Ebræis tonat,*
Nunciari sermo vitæ debuit: repellitis
At quòd illum vos, Iehovæ *gratiâ privamini.*
Nos & à vobis regressi, prædicamus Gentibus:
Hæc enim mandata nobis dando, præcepit Deo,
Cui decet párere iussos, obsequiq; strenuos.
Ergo nunc latentur omnes Gentium propagines,

Quòd

Quòd saluti præparentur Christiano dogmate:
Id sequantur audiendo tradituri posteris.

VII. ABDIAS. Cap. 1.

ABdias *cultum Domini fideles*
Edocet dextrè: quia charitate
Mutuâ fratrum recreatur Ias,
Excoliturq́.
Est salus exorta Sionis alto
Colle, ait: stirpes Iacobi beabit
Messias: Gentes itidem vocatas
Iungat ut illis.
Vnde *venturas canit ipse* Christus Matt: 8.
Ad fidem veram generis beati,
Et comesturas epulum polare
Cum Patriarchis.

VIII. IONAS.

NIniven Ionas Domino *lucratur*
Securitate perditam.
Aulicos regis malè delicati
Ad pœnitentiam trahit,
Regiam, ac Vrbem malè feriatam
Eversioni subtrahit.
Quàm potens, iustus, miserator, almus
Sit Gentium Deus, *docet,* Cap. 3.

Sunt

Sunt nihil vires hominum caducæ
Adversus æternum patrem.
Quid caro in sanctis haud faciat, vel ira
Autoritatis parvulæ,
Quòd velit salvam sibi eam tueri
Internecione sontium?
Hinc dolet Ionas, *minimè fuisse* Cap. 4.
Subversam ab Ia Niniven.
Abs eo exaudit miserante; parvos,
Obq; innocentes plurimos,
Sontibus magnis peperisse magni
Magnam Dei *clementiam:*
Propter hos illis siquidem benignus
Rerum parens ignoverit.
Murmur hinc Vatis reprimit frementis
Hederæ sub aridæ comâ:
Vt sit Ebræis datus in Prophetam,
Apostoloq; Gentibus,
Quas sacri vellet bene sospitatos
Servare cunis Messiæ,
Cui typum Iônas ita prætulisset Matt. 12.
In luce ternâ redditus:
Nempe quot luces latuisset ille
Ceti resorptus alveo,
Hoc & ejectus superas in auras
Littusq; tertia die:

Sic sinu terræ quoq; debuisset
Tot occuli Christus *dies,*
Ac redux vitæ, fieri Redemtor,
Pÿsq; frater fratribus.

IX. MICHEAS.

VAtum minorum splendida
Fulget Micheas *stellula:*
Coarguit mendacij
Falsos prophetas Achabi,
Permissione quos Dei,
Malignus insufflaverit,
Regi nocerent ut malo
Erroneum per spiritum.
Ergo requisitus, parat
Infausta Vates pandere
Belli in Syros exordia,
Exosus esse nec pavet:
Magis tamen páret Deo,
Eiusq; velle perficit,
Regemq; poscit liberè,
Quæ sumpsit, arma ponere,
Salvus domi esse si velit,
Nec vulnerari in prælio,
Foris nec, extra regiam
Samariæ, letho dari.

Rex, vate ſpreto, & carceris
Cuſtodiæ dato (domum
Donec revertatur) cadit,
Spe falſus & vatum & ſuâ:
Verax Micheas *cognitus*
Eſt vaticinator Aulicis, Cap. 5.
Ac de Bethlemâ, Meſſiæ
Enaſcituri Patriâ. Matt. 2.
Vatis *citant oraculum*
Herodis in Aulâ, Præſules,
Et indicant, quòd debeat
Prodire Chriſtus *è Bethla:*
In quam recens ſidus, Magos
Deducit, aut Dei *Angelus,*
Vt excolant donis tribus
Tres Meſſiam Mundo ſatum.

X. PATRIA CHRISTI.
Cap. 5.

ET *tu* Bethla *ſitu parvula ad Epphratam,*
Si quis reſpiciat mœnia regiæ
Iuda ſortis in Vrbibus:
Meſſiâ ſuperas, Iova *ſonat, duce*
Omnes, cum Patriâ cuî cumulans opes,
Nutricis vice ſufficis.
Creſces auſpicijs Davididæ ſacri,

Vrbes

Vrbes per reliquas dum caput efferes
Inter sidera conditum.

MAGI PERSICI. Matt: 2.

MEßiam en Gentes in lumine lucis amb ulantes,
Bethlæ repertum ritè consalutant.
Hanc illi patriam, Micheâ præeunt e sed Propheta
Scribæ diserti debitè resignant,
Produntq3 Herodi: tribus ille tamen Magis revelat
Delusus abs his, indolet, fremitq3.
Dißimulans igitur sub pectore vulpis, os bidentis,
Fit innocentûm cæde aper cruentus.
Iosephus, monitu Genij Pharias iens in oras,
Huc Puſionem cum parente defert.
Hîc annos septem totos agit impiger, reditq3,
Herode functo Rege, Nazaretham.
Nomine cognomen contraxerat unde Nazareni
Crucifq3 signatum manu Pilati. Matt 27

XI. NAHVMVS.

ASsyrijs Nahumus *vates canit ultionis horã*
Iusti furoris Iehovæ *per iram:*
Erigit at Iudam, solatia proferens eidem,
In rebus arctis quòd ferat levamen.
Hinc Evangelij segetem per Apostolos serendam
In orbe toto, de Salem Vrbe, pandit:

Hostibus omnigenis Legem, meritasq3 cæde pœnas
Inculcat, & sic ponit ante ocellos,
Imperij ut veteris, regni quoq3 devolutionem
E Ninivitis monstret in Babelem.
Indicat autorem Iovam istius ultionis esse
Peccata gentis propter universæ:
Vt qui Chaldæis dare sceptra Monarchiæ Secundæ
Velit sui pro juris arbitrâtu.
Reddere captivos Patriæ parat, ac id expetentes,
Vult Abrahami posteros beare.

Effectus Evangelij. Rom: 5. & 10.

ORganon electum Paulus Nahumo adstipulatus,
Apostolorum conciones evehit,
Atq3 pedes dicit speciosos esse docentûm
Evangelion, pacemq3 conscientiæ.
Per meritum Christi, Deus ecce reconciliatur:
Amicus est nunc, hostis antè qui fuit.
Iustificante fide, pater à sobole agnitus idem,
Confert ei remissionem criminum:
Vnde quies animos tranquillaq3 corda fideles
In Christo Iësu conquiescere efficit.

XII. HABACVCVS.

VAtes Habacucus impij
Vivens Manassiu tempore,

Solatur

Solatus est Ecclesiam
Miserrimè afflictissimam.
Captivitatem præscijt
Iudæ Babylonios apud,
Quorum tamen tyrannidem
Deus *retusam puniet.*
Capti reducentur domum,
Et Messias Templo in novo
Doctor potens miraculis,
Portam Vrbis extra, ait, cadet.
Docet, levamen totius
Mali, & basim spei, preces:
Præscribit ipse extorribus
Precationis formulam.

Fides iustificans. Rom: 1.

H*Abacuci in hanc sententiam*
Paulus *profatur, aiens:*
Hominem Fide *salvum fore*
Superstitemq; in ævum:
Fide tamen de fontibus
Verbi Dei *fluente,*
Et dona Christi *singula*
Piè sibi applicante.
Dictum *citans id, Gentium*
Apostolus resumit, Rom 10. Gall 3.

Ac iustificantem eo fidem
Confirmat, & tuetur.

XIII. SOPHONIAS.

SOphonias Propheta, Chusi filius,
Regis diebus Iosiæ,
Qui relligione constituta non malè,
Plures habebat æmulos,
Confusionem qui probabant cultuum
Superstitione non sine.
Hos taxat, adq3 pœnitentiam vocat,
Ne perfidi sint in Deum.
Cladesq3 privatas, itemq3 publicas
Aut Patriæ, aut sibi attrahant,
Quos rex brevi inferens Nabugodenezar
Vtrosq3 captivan, agat,
Magno suorum non sed absq3 commodo.
Nunc restituta Patriæ
Amabili captivitas Iudaica
Illi salutarisq3 erit,
Et Meßiam Templo videndum in altero,
Ac excolendum proferet:
Qui natus & divinitùs Mundo datus
Gentes Ebræis uniat.
Vates *quidem Sioniorum cœtui* Cap. 1.
In hunc modum canens, ait:

Noli

Noli pavere vim tyrannicam hostium,
Cladesvé tot conflictuum:
Quin plaude dulci grex sacer concordiâ
Pij oris atq; pectoris,
Complosionibusq; duplicis manûs
Testare mentis gaudium.
En in medio degit tui fortissimus
Heros, gigas, Imanuel,
Qui te gubernat, te tuetur liberam,
Reddetq; in ævum sospitem.
Ac Christus *affirmans id ore proprio*
His asseverat vocibus: Matt:28.
Vobiscum Ego, *mei fideles, vixero*
Ad usq; finem seculi,
Vnquam nec orphanos relinquam vos mihi Ioan:16.
Nec deseram dux milites:
Vos sede cœlitum quietâ, & perpeti
Adoreâ beavero.

XIIII. HAGGAEVS.

Haggæus populo Dei,
Gentiliq; canens, nunciat optima.
Quæ, qualisvé futura sit
Vnitis, ea sêu quanta sodalitas,
Aut coniunctio mutua,
Necnon religio sub duce Messia:

Qui citra remoram, alterum
Templum debuerint extruere invicem,
Cujus mirificum decus
Vates ore Dei *confore prædicat,*
Dum commota poli, & soli,
Ingentisq; sali gloria conspici
Vel hinc, & refici queat,
Quòd cunctis populi de regionibus,
Ac de mundo habitabili
Omnes indigenæ convenient eò.
Christus *tunc aderit* Deus
Præ desiderijs grandibus omnium
Expectatus, amabilis,
Servatorq; sui germinis optimus.
Tunc implebo meam domum,
Dicit Cunctipotens, perpete gloriâ:
Tunc illustrior hæc erit
Messiâ stabulo Bethlehemæ sato:
In fano quoq; Ierusalem.
Hoc Doctore satis conspicuo pijs,
Suffixoq; cruci arduæ,
Necnon salvificæ muneribus necis.
Verax *exitus id probat* Luc.
Augusti placido tempore Cæsaris,
Quo mandante, per omnium
Descriptus capitum censibus, Orbis est.

Vt cunctis

Vt cuncti ipsius incolæ
Tendant, & patriæ nomina dent suæ.
Tum Christo *Genij fato*
Plaudunt cum nitidi militiâ poli.
Celso patri ubi gloriam,
Ac cum velle bono, pacem homini ferunt
Hinc Reges *Arabum, Insulæ,* Matt: 2.
Et Ponti Sattapæ munera proferunt:
Illis Imanuel satus
Rex, mystes & homo, non renuit coli.
Is sub Tyberio fuit
Passus dira, crucis stipite, funera:
Vitæ ac Iusticiæ redux
Mundo, concinitur non sine gloriâ
Regis, quem crucifixerant,
Quem vivum è tumulo surgere viderant:
Testes idquod Apostoli
Promunt voce, stilo, martyrij stolâ.

Confirmatio Novi Testamenti. Actt: 12.

VIdete, ne aspernemini vocem Dei:
Nam si Moisem obaudientes, in solo
Oracula dum proferret ille terreo,
Impune non illud tulêre cœlitùs:
Multò magis nos haud feremus, si Dei

Vocantis aſpernabimur verba impiè,
Vis cuius alta tunc ſolum concuſſerat:
Sed nunc denunciat loquens: adhuc ſemel
Cœlum quatio, ſolumq; complens territo.
Aſt illud (adhuc ſemel) quod inſit, indicat
Tranſlationem eorum, in orbe quæ manent
Concuſſa nos ſumamus ut regnum, quati,
Quod non queat, oblatam aſſequamur gratiam,
Per quam Deum *toto colamus pectore,*
Ac relligione debitâ, qui præpotens
Eſt, cunctaq; abſumit favillis ignium.

XV. ZACHARIAS.

Zacharias vates operas ſtudet adiuuare Templi,
Vrbisq; ſanctæ, Iehova *fauente,*
Quem ſibi propitium gemitu, prece, pœnitentiâq;
Reddunt Ebræi ſupplices, fabriq;:
Præſentem ſed habent illum fabricis in abſolutis:
Hic poſſe donat, velle qui dediſſet.
Meßiæ adventu, pingit quoq; luculenter almâ
In Vrbe ſedem ritè nuncupatam.
Eius item reducis vitæ benefacta monſtrat æthræ
Aſcenſione, in regna, gloriosâ.
Indeq; demiſſi donaria Spiritûs ſacrati
Mirè peractus efficacitatis:

Quâ

Quâ per Apostolicum revocentur utrinq; iã Senatũ
Dispersionis pristinæ bidentes,
Ac in ovile Dei *de gentibus orbis universi*
Cum stirpe Ebræâ glutinentur unà.
Vnde beata parens Ecclesia stirpe liberorum
Stet aucta: Sponsi facta Sponsa Christi.
Conversis ad se, Deus *en aderit favens ob illum,*
Vtrinq; pacis redditæ, Sequestrum. Ioan 14.
Pacẽ linquo meã vobis, ait ipse Christus *author,*
Qualem repellens Mundus iste non det.
Qui vos infestat per vim, Deus *insit æviternus,*
Mei hic ocelli pupullam coarctat. Zach:1.
Et Christus *dicit: me cur ita Paule persecutum*
In Christianis, vi, minisq; lædis? Act:9.
Res prædura tibi fuerit, stimulo recalcitrare,
Malové zelo fratribus nocere.

XVI. ADVENTVS MESSIAE. Zach: 9.

Gaudeto gnata præstans
Matris Sioniorum,
Et iubilato læta,
O Ierusalem propago.
Rex en tibi sacratus
Adest, venitq; iustus:
Servator ut sit idem,
Qui Conditor fuisset.
Sceptrum perenne gestat,
Verbo imperat salutis
Toto per universas
In orbe nationes
Quas Continẽs, & æquor
Sustentat educatas,
Aut cingit Amphytrite
Fluctu reciprocante.

Is pauper ac miſellus
Cenſetur eſſe Mundo,
Pigræ inſidens aſellæ:
Pulloq3 ſubiugali.

At, tu ſacer piorum
Rex, atq3 ſoſpitator,
De tartari reduces
Lacu tibi fideles.

Exitus eiuſdem. Matt: 22.

Evangeliſta qualem
Palmis die dicato,
Mõſtrat venire Chriſtũ
Regem Sioniorum:
Quando inſidens aſellæ
(Turbis utrinq3 ſeptº)
Oſanna quæ ſonarent,
Palmas & anteferrent,
Subſternerent q3 veſtes
Ramos adhæc olivæ,
Per quæ mearet Iæ
Patris benedicta ples:

Quo nil tumens honore:
At invidos lepôre
Sermonis hoc retundit
Fundâvé ſternit oris:
Lapides, ait, ſonabunt
Laudesq3 detonabunt:
Si quo ſui ſequaces
Erunt inefficaces.
Pſalmiſta quod futurum
Præſcivit eſſe gnavâ
Infantium loquelâ
Lactentiumq3 curâ.

XVII. CHRISTVS REX VENditur 30. argenteis. Zach: 11. Matt: 26.

A proditore argenteis divenditur
Triginta Chriſtus, *qui forent cùm redditi*
Primatibus Myſtarum, eos hi ſanguinis
Mercede,

Mercede, destinant emendo mox agro
Figuli, in sepulturam advenarum & hospitum,
Sic Zachariæ sermo Prophetiæ fuit
Impletus. Hunc Evangelista, ait, citans:
Argenteos triginta qui receperant,
Precio æstimati, emêre agellum sanguinis
A filijs Israel: agrum videlicet
Figuli æstimatione tantillâ quidem,
Sed qui sepulturæ loco advenis foret,
Prout statuit suo Iehova Messiæ.

De eodem testimonia. Ioan: 19.

EFflante Iesu spiritum, unus militum
Perfodit hastâ ipsi latus: mox sanguine
Latex remistus, exit amne profluo.
Hæc facta: ut impleretur hoc oraculum: Zach: 12.
Quem fodicârunt, id videbunt postmodùm,
Resuscitati à mortuis victoriam
Dum glorioso regis ipsi aspexerint.
Haud crura perfregêre Iesu mortui
Scripturæ adimplendæ vel huius gratiâ:
Non comminuetis ossa in illo fustibus.

XVIII. SPIRITVS GRATIAE & Precum. Zach: 12. Ioel: 2.

Effundam, ait Deus, meo de Spiritu,

Qui Gratiæ testis datæ fidelibus,
Itidem precum sit author haud inefficax
In Israhelis utriusq; stirpibus:
Vt gratuito sospitati munere
Per Messiam, Deum *patrem verè invocent:*
Effecti adoptionis almæ liberi.
Id Pentecoste Christiana præstitum
Fuit reapse, Apostolorum in igneis Act. 2.
Sectisq; linguis: ut Dei *magnalia*
Fari queant vel singulis mortalium
In dissipatis orbe toto gentibus.

XIX. MALACHIAS.

O *Re fervido malignos*
Culpat, ac impœnitentes
Cum Sacerdotum chorago,
Principes, totamq; plebem,
Sic Malachias *profatus*
Voce, detonat Iehovæ:
En Ego *mittam Ioannem*
Angelum præambulonem:
Vt viâ Regi parandâ,
Prodromus Iuo Duci sit,
Dum sacram subibit urbem,
Atq; perpurgabit Aedem,

Quâ

Quâ requisitus fideli
Quibus à grege inveniri:
Angelus recentis ille
Fœderis desideratus.
Hunc anûs in matris alvo
Sentiens, Baptista adorat:
Gestibus, plausuq; miro
Exilit miles Ducalis.

XX. DEVS HONORANDVS & timendus. Cap. 1.

ORe vatis en fideli fatur armorum Deus,
Præpotens is ille rerũ, Zebbaoth Rex agminũ,
Vniverſæ quẽ tremiſcant gentis humanæ dom^o.
Filius parentem honorat, ſervus aſt Herum timet.
Ergo ſi parens Ego ſum veſter, eſt ubi me^o, (mei^o?
Quiſvé honos? Iehova *ſi ſum, qs mei, aut ubi*
Chriſtus *docet fideles, ſic precati, dicerẽt:* Mat. 6.
O parens ſupreme noſter, filijs dona tuis
Quicquid ad neceſſitatem vitæ utriq; ſufficit.

XXI PRAECVRSOR CHRISTI. Cap. 3.

EGo meum præmitto nuncium refert
Sic Meſſias, qui præparet mihi viam,

Tunc

Tunc adveniet Legatus ille fœderis
Recentis, & quem sedulò requiritis
Desideratum, quové delectamini,
Quando sibi dicatam in ædem venerit.
Diem quis adventûs sui illam sustinens,
In quâ videndus sit, queat subsistere?
Aestu ignis instar excoquentis scoriam,
Herbævé fullonum, lavandis vestibus,
Cum cæteris Tribum repurgabit Levi;
Vt puritate mentis atq; corporis
Litent holocausta Iehovæ *gratissima*
In Iusticiæ cultu referto victimis.
Est sola Christi mors ἱλάσικον *sacrum:*
Piacularis totius mundi hostia est,
In quâ acquiescit unicâ Deus *pater,*
Labrisq; fusas Christianis victimas
Cultu novi sumit litatas fœderis
Ecclesiarum congregationibus
Sêu concionibus sacris: ubi fides
Hauritur in Spe, & Charitate mutuâ,
Vsuq; Sacramentorum adaucta, iungitur.
Prolisq; adoptivæ ratas, gratasq; habet
Confessionis invocationibus,
Et actionis gratiarum laudibus,
Per Patris, Vngenæq; Flatûs gratiam.

Idem

Idem exhibitus. Lucæ 2.

ERgo Dei Nato plebem Baptista parabis?
(Id Zacharias pater canit genethlion)
Ergo tuæ vocis tuba præsenti occinet illi,
Et dona tradenti salutis serviet?
Ergo tuus pandit verè credentibus index
Agnum Dei, & Mundi levantem crimina?
Qui cœcis sit lux, pastorá3 bidentibus idem,
Callisq3 recto in astra ducens tramite:
Sed face vitali mentes illuminet, actas
In omne Veritatis testimonium.

XXII. VOCATIO XII. APOstolorum. Matt: 10.

CHristus Apostolicis designat honoribus, Senatum
Bis sex virorum, ritè sustinendis:
At designatum docet antè suâ in scholâ Magister
Artes, & actus Christianitatis,
Quàm sibi legatos privatim habeat datos Ebræis,
Dandosvé Mundo publicè universo.
Nomina sunt verò bis sena, tot ex Apostolorum
Cœtu, supremo Præsidente Christo.
Andreas frater Petri, referentis at Simonis
Cognomen in rem stirpis ominosam.

Ioannes,

Ioannes, Iâcobus item, Zebedæa uterq; proles:
Fratrumq; par, & filij Tonitrûs:
Bartholomæe, quibus succedis in ordinis palæstrâ;
Matthæe, Thoma cum graui Philippo,
Zelotesq; Simon: alterq; Iâcobe, tuq; Iüda,
Christi deinceps proditor Magistri
Cui successorem sacri dedit hûic Apostolatûs
Te te, Mathia, sorte constitutâ.
Vos post ascensum Domini sup ætheris cacumẽ,
Commune Mundo, Symbolum tulistis,
Orbeq; diuisi toto, sacra signa protulistis,
Gentes, Ebræosq; edocendo Christum,
De quibus Oraclum sermone prophetico profatur:
O quàm pedes his promicant venusti,
Nuncius à quibus it mortalibus, actione lætâ
Partæ salutis, cum Deoq; pacis.
Quem famulis Christus placans, in agone mortis
Ex hoste amicum fecit, & parentem. (ipso,
Quare nil melius, nil gratius est, nec esse possit
Quàm quòd fideles, & sacro amne loti
In nomen sacrosanctæ Triados, remissionem
A patre Iova criminum reportent;
At merito Christi, virtuteq; flaminis sacrati:
Quorum potestas laus, & una mens est.

XXIII. S. PE-

XXIII. S. PETRVS. E prosa.

PEtre pastor Christianæ plebis, ac Apostole,
Cui Cephæ agnomẽ sacratis tradidit cũ Clavib⁹
Christus, ob confessionem Christianismi piã.
Dictus hinc Simon Iohannis, filius Tonitrui,
Frater Andreæq3, cũ quo nẽpe pisces extrahens,
Factus es piscator illi fervidus mortalium.
Liberatam febre socrum cernis in Capernàúm;
Ambulas vastum per æquor: confiteris Filium
Esse eum Dei parentis, qui Magister est tuus:
Quam super confessionem struxit ille Ecclesiam.
In Thabor montis cacumẽ scandis unà cũ Duce:
Cernis ac ipsum loquentem cumq3 Eliâ, Moseq3.
Dum didrachma das telono, Ius & æquũ cõprobas.
Lapsus at deinde, Christũ pnegas turpissimè,
Pœnitensq3 ritè lapsûs, gratiam nanciscéris.
Post resuscitationem mox Iesu Messiæ,
Ipsius peculiarem nuncium lætus capis:
Pascis agnas: ter professus, quẽ negâsti tertiùm.
Sorte subrogas Mathiam proditoris in locum:
In die sed Pentecostes, concione fervidâ,
Terna credentûm lucraris captu in uno, millia.
Testimonio Ioëlis, dona Flatûs asseris.
Claudus hinc sanatus à te, sacra in æde prosilit.
Dicis haud obœdiendum, præ Deo, mortalibus.

Spiritum

Spiritum contra ſacratum mentientem Ananiam
Cum Saphirâ, fraudulẽtos cõiuges, verbo enecas:
Increpans Magum Simonem, vis, mali ſit pœnitens:
Sanus Aeneas fit, ac it paßibus dexterrimis.
Hinc reſuſcitatur à te functa letho Thabitha.
Inſtruis Centurionem cum domo, Cornelium,
Poſteaquàm viſa cernens, munda mundis ſingula
Eſſe diſcis, ac bene audis de vocatis gentibus.
Ex eorum ſtirpe Ebræa procreatus quomodo,
Criminum remißionem quiſq; ſis fidelium
Sumit in Chriſto, *Prophetis illud atteſtãtib⁹.*

XXIIII. S. ANDREAS.

CHriſti *miniſter Andreas*
Et potens Apoſtolus,
Rebus relictis omnibus,
Quem ſecutus illicò,
Scholæ capeßit muniæ
Cœlicæ fideliter.
Ioannis haud obaudiens
Teſtimonium grave,
Chriſtum Dei Agnum *victimam*
Orbis eſſe cœlicam,
Fratri Simoni prædicans,
Fert adeſſe Meßiam.

Piscator hinc mortalium
Factus edocet fidem.
Christi *insequens vestigia,*
Dogma tradit ipsius.
Constans, fidelis, innocens,
Optimusq; Doctor est.
Illud professus seriò
Ore, corde fervido,
Testatur invictissimus
Martyr è crucis trabe.
Eius nihil formidine
Obstupescit horridâ:
Visâ sed illâ cominùs
Emori lætus cupit:
Desiderata crux, ait,
Arborumq; stirps, ave.
Quali Redemtor omnium
Antè mortuus fuit.
Quâ me sacer dux evocat
Hoc agone militem.
Illam subibo promptiùs
Nomine hoc, & omine,
Palmam in polo reconditam
Esse quòd mihi sciam,
Per quam magistro cum meo
Seculis cunctis agam.

Nec te fefellit ſpes tua
Præpotens Apoſtole,
Nam vivis in polo, at viget
Nomen in ſolo tuum.
Tui recordantes modò,
Vota ſolvimus Deo,
Vnà precati, det tua
Acta fidenter ſequi:
Vt inſecutor tu tui
Tunc, Magiſtri concidis,
Latè patens Achaia,
Hîc, ubi tenet Patras.
Macedoniam, Pontum inſuper
Tu perambulaveras,
Chriſti docens Fidem tui.
Vivus in ligno crucis,
Tres per dies pependeras,
Et preces profuderas,
Ac plurimos converteras
Concionibus ſacris.
O Chriſte, rex pijſime,
Dux & invictiſſime,
Converte ſtatu nos tuo
Et guberna ſervulos,
Fac, vaſa ſimus ut tuæ
Fructuoſa gratiæ:

Quam tu corones in tuis
Sexu utroq3, subditis.

XXV. S. IACOBVS Maior.

EST pater felix Zebedæus altâ
Prole: qui, victum tenuem secutus,
Piscator fuerit licet,
Attamen sensit meliora gnatos,
Quàm ferat Mundus, bona consecutos
Sub Christo *duce milites:*
Deseri per quos, nihil esse duxit,
Dum Deo *tantùm fierent vocanti*
Ad se grata sodalitas:
Non fuit verò genitoris huius
Vana spes, proles sua quòd magistro
Tunc addicta sacerrimo,
Ad Dei *laudem, sine labe, crevit:*
Ipsa divini studiosa verbi,
Effectrixq3 pijssima.
Quæ Fidem tradens populis sacratam,
Et docens Christum *studio fideli,*
Audet propterea emori.
Qualis inprimis Iacobus esse
Noscitur Maior, sacra festa cuius
Sincerâ colimus fide.

Ebibit Christi *calicem beatum,*
Sanguine illius bene lotus, almo
Et Baptismate, per crucem,
Regis Agrippæ gladio necatur:
Huius Herodis, citò qui fit esca
Fœdis corpore vermibus:
Occidit primus quia Apostolorum
De sacro cœtu, superat per ævum
Christi *Regis adoreâ.*
Laude certatim vehitur per Orbem,
Concelebraturq́ hominum frequenti
Concursu, & celebrabitur:
Vt quod in terris sibi denegatum
Vidit, extinctus spacio dierum
Ac ætate senilium,
Illud in cœlo videat repensum
Gratiæ Christi *meritis* Iësu,
Est cuî Martyr, Apostolus.

XXVI. S. IOANNES APOSTOLUS ac Evangelista.

NVnc *Apostolus Ioannes*
Christi, *ad hæc Evangelista,*
Cæteris amicus illi
Charior, pÿs canatur:
Voce cunus evocatus,

Dogma ſpargit Chriſtianum.
Zebbedæo cum parente
Rete, tum navem relinquit:
Plus Deo debere noſcens
Se vocanti, quàm parenti.
Hinc comes Chriſto fidelis,
Intimuſq; idem ſodalis
Adfuit, quando Iairi
Filiam reſuſcitavit.
Cum Simoneq;, & Iâcobo
Fratre vidit gloriosè
Transfiguratum in prælto
Monte Thaboris Magiſtrum:
Vidit illic colloquentem
Cum Moiſe, cumq; Heliâ
De ſuâ tam paſsione,
Quàm reſuſcitatione.
Meßiæ ſupra ſacratum
Pectus, in Cœnâ, quievit.
De Magiſtri proditore
Sciſcitatus, hunc reſciſcit.
Teſtis & ſcriptor probatus,
Vera dixit, viſa ſcripſit,
Poſteris & hæc reliquit,
Quicquid audiens notavit,
Aut ſatis fuiſſe ſcivit.

Ad fidem Christi tenendam:
Cujus intuens agonem
Mortis ac diræ laborem
Virgini virgo pudicæ
Traditur custos tuendæ.
Post resuscitationem
Messiæ, longùm superstes
Cæsaris Domitiani,
Insulam Pathmos, rescripto,
Exul incolens senilis
Liberaliter polivit.
Tres Epistolas reliquit
Cum libro reconditorum.
Det Deus nobis, ut illis
Instruamur & fruamur,
Quæ Ioannes est professus
Ore, corde, scriptione;
Ac Fide corroboremur
Christianâ, & assequamur,
Terreo hoc ab incolatu,
Regna cœlitum beata.

XXVII. S. THOMAS.

HInc erit cunctis meritò canendus
Christianorum gregibus per Orbem Dissitis,

Dissitis, Thomas Didymus, sacrati
Pars bona cœtus:
Cui Dei sancto viro, Apostolog;
Plurimi cùm sint similes piorum,
Ejus exemplo poterunt doceri,
Atq; iuvari:
Quò petant Christi placidum levamen
Ac fide verâ vacui, fideles,
Messiæ victi pietate magnâ,
Efficiantur.
Maxima est illi bonitas, ut omnes
Ipsus assumat, relevetq; sontes,
Sanet infirmos, ope servet, ægris
Pharmaca præstet.
Idquod in Thomâ patet evidenter,
Qui priùs cùm incredulus esset, olim
Extitit, mirâ bonitate Christi
Dante, fidelis.
Hunc pij sanctis imitentur actis,
Et sibi sanctè statuant sequendum,
Nomen, & festum Didymi frequentes
Concelebrando.
Cui viam Christus bene sciscitanti
Ad Patrem, se se retulit salutis
Tramitem, vitam quoq; Veritatis
Calle petendam.

In Dei nemo genitoris arcem
Scanderit, Christo sine, quem professus
Est sacer Thomas Dominum Deumq;
Corde fideli.

Profuit multum dubitatione
Simplici cunctis: siquidem resurgens
Christus, est eius digito notatus,
A nece victor.

Prædicat Parthis, itidemq; Medis,
Indiæ toti, pariterq; Bactris,
Lanceâ cæsus cadit & necatur
In Calaminâ:

Redditus Christo, nitidis in astris,
Perpeti lætus fruitur quiete,
Nos & exemplo docet evidenti
Spemq; Fidemq;.

XXVIII. S. PHILIPPVS.

IN urbe quondam Bethsaidâ satus,
(Petri Simonis patria quæ fuit,
Andreæ deniq;) traxit
Ortûs clari stemma Philippus.

Heri potentis qui comes & sodes
Sacerq; Christi discipulus Dei,
Messiam totius orbis
Esse ipsum prodidit unum.

Cæli

Cœli parentem conſpiciens fide
In prole miſsâ, vidit ad unius
Conſpectum numinis, ambos
Perſonis eſſe duabus.
Aſcenſionem poſt Domini arduæ
In regna cœli, ſparſerat omnibus
Cœleſtis dogma magiſtri,
Depromens verba ſalutis,
Tradensq3 cunctis gratuito pijs
Remiſsionem munere criminum.
Bis denos ergo per annos
Chriſtum ritè profeſſus:
Aquâ ſalubri tinxerat Eunuchum,
Qui nempe gazis Aethiopum ducis
Candaces præfuit, alter
Quâ tempeſtate Philippus
Septemvirorum conſpicuâ fide
Menſis miniſtrans, ſive Diaconus
Septenis annumeratur,
Electus nempè, miniſtris.
Cruci prælatæ fixus ad ultimum,
Vitam Philippus fundit Apoſtolus:
Saxorumq3 imbre necatus,
Conſcendit ſidera Martyr.
Conferre nobis hæc etiam velis,
Rex Chriſte, lethi munere proprij,

Quod testans voce fideli,
Signârat morte Philippus.

XXIX. S. IACOBVS Minor.

Alphæi soboles, minorq3 natu,
Sortis Apostolicæ lux Iacobus, erat:
Supremus meritis, fideq3 verâ
Et Domini frater, nomine Iustus item.
Post Christi *siquidem necem magistri*
Vixit IerSolymâ Præsul in urbe sacer,
Annos terq3 decem tulit molestum
Istius eximiæ conditionis onus:
Veræ dogmata Christianitatis
Omnibus ex animo tradidit unde pijs.
Is quicquid docuit sonans vel orans,
Aut dedit in lucem commoditate stili.
Id factis etiam probavit ipsis,
Præ reliquis hominum, religiosus homo,
Dum peccata suæ nefanda taxat
Aetatis, morum regula sancta pijs:
Ob præcepta salutis explicata,
Cognomen Iusti perpetuum retinet.
Osorum furiâ gravi suorum,
Paschatis in sancti tempore, cæsus obit:

Templi

Templi præcipitatus altiori
De pinnâ; saxis obrutus inde cadit
Sic, ut commodiùs resurgat olim,
Exemploq́3 omnes pungat, & angat ope.
Illi se Dominus dedit videndum,
Morte triumphatâ, Iusticiaq́3 redux
Divertens ad eum deinde Paulus,
Iudicio Iusti non reprobatus, abit.
Petri nuncius edocet Iacobum
Quòd Genij ductu, carcere liber eat,
Cum Ioanne, Petriq́3 fratre tandem
Concilium verè cogit Apostolicum:
Quo Legis probat abrogationem,
Sacraq́3 constabilit munia Christiadûm:
Quòd solâ miseratione diâ,
Omnibus eveniat conciliata salus.
Quam nobis Genitor supremus ille
Donet in æthereo, post pia fata, polo.

XXX. S. BARTHOLOMAEVS.

Doctor fidelis Indos
Bartholomæus aptat
Christo: lucratus ipsi
Præcipuos populorum,
Regemq́3 cum Dynastis
Erudit in pietate:

Idola primus author
Svadet eis fugienda,
Ac dæmonum sacella
Exoneranda deastris:
Vt Trinitatis almæ
Nomina summa colentes
In Christianitate,
Relligionēq; perstent.
Everteret deinceps
Valdach ubi statuamq;
In seq; concitaret
Astyagem furiosum,
Cædi iubetur à quo
Fustibus atq; dolari,
Mox exui resecta
Pelle, caputq; feriri
Lictoris ense diro,
Carnificisvé securi:
Idola cum deastris
Vana quòd esse referret:
Christi *fidem professus,*
Astyagis quoq; fratrem
Quòd imbuisset illâ
Martyr, & eximius vir,
Et candidatus æthræ
Miles, obit nece pulchrâ:

Cum

Cum quo, omnibusq; sanctis
Vivit, ovatq; per ævum.

XXXI. S. MATTHAEVS.

Matthee, Christi regis Apostole,
Evangelistæq; officio potens,
Qui de telonio vocatus,
Efficeris Domini minister,
Dum lucra linquens omnia protinùs,
Sectaris Aulæ præmia cœlicæ:
Sanctis tui iussus magistri,
Dogmatibusq; sacris inhæres:
Iudæa fallax hæc ubi sperneret,
Cui volebas tradere primitùs,
Invitus ipsam derelinquis,
Ac tibi visa, stilo reponis.
Christi sacratos tu geneſis patres,
Conceptionem deniq; cum locis
Dictorum & actorum reducis
Non sine luce, stiliq; vitâ:
Postquàm docendi plura negocio
Miracla Mundo præstita perfido,
Apostolisq; in eligendis
Pandis opus, studiumq; Iesu.
His adde, quantas sensit ab æmulis
Adversitates? quid foris, aut domi

Effecit? & cur sit peremptus
In cruce? cur redivivus Orbi,
Id omne texis non dubia fide
Verax & horum testis es omnium:
Hæc astruis, quæ conspicatus
Luminibus propriis fuisti.
Hinc universi semper Apostolo-
Evangelistam te recolent pij:
Per nationes universas
Dum tua nomina prædicabunt.
Grates parenti nos etiam Deo
Dignas agemus tempore quolibet,
Scriptore te, qui sacra liquit
Historiæ monumenta Christi.
Quæ prædicâras Aethiopes apud
In voce vivâ, per duo lustra bis,
Ephrone dum resuscitato,
(Regis erat soboles Egippi.)
Convertis ipsum coniuge cum suâ,
Cuî nomen ingens Euphrosyne fuit:
Iam, quæ professus ore vero es,
Martyrio necis illa signas:
Dextrâ peremptus nequiter Hirtaci.
Quòd spretus esset Iphigenæ, tuo
Suasu: piâ quòd excidisset
Coniuge rex nimium profanus:

Christo

Christo Iehovæ *redderis at tuo,*
Coniunctus æthræ sidereâ domo,
Interq3 cœlites beatos
Vivis, in omne beandus ævum.

XXXII. SS. SIMON ET Iudas.

ZElotes, *studijs unanimes pijs,*
Iudas cum Iacobo, præfuerant gregi
Commisso, invigilantes
Præceptoris honoribus.
Divinæ celebres sortis Apostoli,
Præconesq3 pij quantum animis ovant,
Ausi sustinuisse
Vitam fundere pro Duce?
Doctrinam Fidei veridicam sacræ,
Quâ septemgeminis intumet ostijs
Nilus, voce Simonis
Spargi senserat undiq3.
Thaddæi studium Persia noverat
In Christi *placidis dogmatibus* Dei
Tradentis studiosè,
Spectatâq3 satis fide.
Extat scriptus ei namq3 libri Canon,
Exhortans hominum quemq3 fidelium,

Vt fratres relevando,
Exercere velint fidem,
Ac Evangelio convenientia
Præstent facta; bonis moribus ut probè
Tincti, fidere nunquam
Impostoribus audeant.
Amborum meritò Christigenæ diem
Festum nos colimus, munifico patri
Cœlorum peragentes
Fido pectore gratias,
Quòd tantis fidei testibus unicæ,
His cogat penitùs credere singulis,
Quæ sunt voce Simonis,
Iudæ *prodita vel stilo.*

XXXIII. S. MATHIAS.

SOrte lectus in arduum,
Mathia sacer, ordinem,
Proditoris & in locum
Subrogatus, Apostoli
Munus accipis altum.
Cœlitùs tua fit tibi
Destinata vocatio:
Vt gregis numerum sacri
Impleas, & Apostolis
Sis comes duodenus.

Ergo

Ergo suſpicis & facis
Gnavus officium grave,
Molis alterius vicem
Dum subis, placidâ gerens
Mente munus adeptum.
En preci Deus *annuit*
Totius gregis, & pia
Vota reſpicit illius
Multitudinis, addita
Quæ tuis, valuerunt.
Mira res ibi tum accidit
Singulis, ubi tu Dei-
Parvus anticipas locum,
Et gradum, prior, arbitrâ
Sorte, re quoq;, Iuſto.
Nil Deus *ſpeciem boni*
Reſpicit: cor at intimum
Poſcit, & ſibi deditum
In ſacris Fidei piè
Cultibus peragendis.
Ille corpora vult ita
Spiritûs moderamine
Sub iugum data pertrahi:
Ne libidinibus vagis
Obſit hauſta voluptas:

Sed refecta potentiùs
Mens cibis sapientiæ,
Hauſtibusq; scientiæ,
Creſcat ductibus, & bonâ
Fruge ſemper abundet:
Nempe qualis, Apoſtole
Mathia, fuerat tibi,
Dogma dum Fidei ſacrum
Chriſtidos ſereres tuâ
Voce, in orbe remoto.
Præmia ampla laboris hinc
Auferens, placitum Deo
Tradis ipſius in manus
Spiritum placidè tuum,
In poliſq; perennas.
Nos quoq; ô utinam Fidem
In bonis operum tuam
Fructibus referamus, &
Cœlicis placido choris
Immigremus agone.

XXXIIII. LEGATIO APOSTOLORUM CHRISTI. Mar: 16. Lu: 24.

Chriſtus *undecim ſuorum congregatis invicem,*
Mentis arguit ſtuporem, pervicax cor exprobrat
Teſtibus reſuſcitato quòd ſibi non crederent.

Hinc

Hinc eis Apostolatûs conferens insignia:
Est, ait, mihi potestas in Polo & solo data,
Vnico æternùm Sequestro Patris, & mortaliũ.
Ergo divisim profecti, totum in orbem tendite:
Singulis partæ salutis prædicate nuncium:
Quin mihi quoq; este testes suscitato à mortuis.
Credere & Flatu renasci, qui volet, salvabitur:
At secus quicunq; faxit, perpetim damnabitur
Perfidæ, nec lotus in nomẽ Patris, Nati, Halitûs.
Efficax at ipse vobis per mei præsentiam
Spiritûs, hærebo dexter quolibet statu, aut loco
Nunc, & usq; seculi huius terminũ post ultimũ.
Emane nobiscum, Iësu Rex, perenni tempore:
In tuis hære ministris gratiæ dono tuæ,
Donec hunc post incolatum, nos tuo sistas Patri.

XXXV. DIVISIO APOSTOlorum CHRISTI. E Prosa Festi.

Cœli renarrant gloriam Dei, Patris,
Nati, & Sacri Spiraminis,
Per quem λόγος conceptus alvo in Virginis
Verbo Caro factum emanet.
Apostoli Christum sonant, è terreo
Facti solo nitens Polus.
Hi cùm saperent terrena, terrei priùs,
Christo novantur iam duce

&c.

Sic, appeterent duntaxat ut cœlestia,
Seu Cœlitum consortia.
Hæc sola Regi præpotenti gloria
In universum competit.
Cui nomen illud inclitum bono omine
Est: Consilij magni Angelo,
Qui servijt nobis salute redditâ
In sexu utroq3, credulis,
Determinatum, postquam ab æterno foret
Ingens, & inscrutabile,
Solusq3 cognitum Dei *cultoribus,*
Ad hæc reapse præstitum.
Hic Angelus nativitatis munere,
Immanuel ex Virgine
Prognatus, Angelos quidem è mortalibus,
At è solo creat polos,
Est Zebaoth Deus, *cui sunt Angeli*
Divisi in orbe Apostoli,
A mortuis vivum quibus se præbuit
Videndum, & attrectabilem.
Victor quidem lethi, dator victoriæ,
Vitam reduxit perpetem:
Pax alta, ait, vobis: quietis cœlicæ
En autor adsum, qui loquor.
Nolite tam timere, sed Verbum Dei
Totum per orbem spargite,

Coram

Coram Monarchis, Regibusq́ & Satrapis,
Et Ordinum conventibus:
Me ſicut emiſit Pater, ſic vos Ego
Emitto mundi in climata.
Eſtote prudentes, velut ſurdæ aſpides:
Vélut columbæ, ſimplices.
Hinc primus ex Apoſtolorum Curiâ
Petrus ſacer, Romam petit:
Paulus potens athleta Chriſto *Græciam*
Lucratur, at ejus Gratiâ.
Ergo bis hi ſex Principes, Mundi plagas
Evangelio implent bis duas:
Petrus, Ioannes, Andreas uterq; Iâcob,
Thomas, Philippus, Mathias,
Matthæus & Thaddæus, atq; Regij
Barthollomæus ſanguinis:
Haud mente diſſiti invicem, ſed corpore,
Gentes per orbem diſſitas,
In unitatem Chriſtianæ Eccleſiæ
Et colligunt & colligant.
Terras in omnes exit ipſorum ſonus,
In nationes ſingulas.
O quàm decori ſunt pedes pacem hoſtibus
Annunciantium datam,
Dicentiumq́ ſic redemtis: O Sion,
Regnat tuus paſſim Deus,

Qui cuncta fecit antè sæcla, in sæcula
Verbum Caro factum, emanet.
In fine sæclorum retrò currentium
Sed emanebit perpetim:
Verbum tamen quod prædicatur singulis
Christus *cruci affixus, vigent.*
Ac suscitatus vivit in Cœlestibus
Deo *Parenti, & Flamini.*
Apostoli sunt, Christe, *quos colis, Poli,*
Quorum tonas tu vocibus,
Et fulguras in cordibus fidelium,
Quæ gratiâ irroras tuâ.
His dixeras: Rorate cœli desuper,
Iustumq; nubes depluant.
Tellus aperta germinet germen Poli
Soliq;, fœtâ Virgine.
O germen, & flos iusti, & æqui totius,
Nostri arva cordis, excita,
Apostolicâ semente quò sint consita
Reddantq; frugem centupli:
Vt te Patris Verbum sequentes cœlici
In tollerantiâ crucis,
Fructus tibi semper feramus uberes
Regi universorum sacro.
Hi sunt enim Cœli, è solo facti, Angelus
Quos Consilî magni, incolis.

Quos haud ministros, ast amicos nuncupas,
Nihilq; cœlas abditi,
Quicquid tibi à tuo Parente creditum,
Visumq; & auditum foret.
Divisionem quorum ab invicem, tuam
Adunias Ecclesiam,
Et pacis indivisæ eam custodias
Arctissimo sub vinculo.
Vnum, fac, in te sinus omnes, tu es velut
In Patre, & almo Flamine.
Nostri recorderis benigno lumine,
Qui rector astris insides.

XXXVI. Eadem Prosa aliter.

COetus Apostolici venerabilis ordo, cum Senatu
Cœli recentes è solo creati,
Explicito referunt modulamine gloriam Iehovæ
Verbiq; sumtâ carne, corporati.
Gloria cœlesti Domino bene congruit perennis,
Qui Consilî magni Angelus vocatur:
Qui fuit auxilium lapsis, genitoribusq; primis,
Genusq; nostrum sospitavit omne.
Angelus est hic Homo Deus, *&* Silo *Virginalis*
Fecitq; terris exilire Cœlos, (*alvi,*
Genteq; mortali genitos, dedit esse sempiternos,
Septosq; lucis lumine Angelorum.

En exer-

En exercituum Deus *hic Dominusq3 Apostolorum*
In Orbe cœtus signat hoc redemtos,
Se quibus ostendit, vivum quoq3 præbuit, resurgens
A morte victor, pace nunciatâ.
Pax sit, eis inquit: nolite timere, sim quòd is, qui
Vos mitto Verbi ad prædicationem:
Ergo Creaturæ cuîvis, Ducibusq3, plebibusq3
Annunciando, singulos docete.
Me Pater ut misit, sic vos Ego mitto prædicatum
Summis & imis, orbe in universo.
Sitis prudentes animis, imitemini colubros:
Quandoq3 facti simplices columbæ,
Ergo petit Romam princeps Petrus ex Apostolorum
Cœtu: Neronis cæsus ense Martyr.
Paulus ubiq3 docens Christũ, *peragransq3 Græciã,*
Adimplet unus concione sacra. (orbem
Ter quatuor proceres alti, quatuor plagis per Or-
Evangelizant veritatis ortum:
Andreas, Iacobus uterq3, Philippus & Ioannes,
His adde Thomam & cum Simone Iudam,
Bartholomæum etiam Matthæe tibi additũ & Ma-
In orbe bis sex Iudices rotundo. (thia,
Divisi abs uno, sed in unum, agitatione diâ,
Vbiq3 sparsos colligunt fideles.
In terras omnes sonus exijt evidens eorum:
Audita vox est cuiq3 nationum,

Pauperi-

Pauperibusq3 animis Evangelisantium salutem,
Almamq3 pacem conscientiarum,
Sanguine lotarum Christi, *resonantiumq3 regnat*
Deus *Sionis Rexq3 sempiternus:*
Secula qui Verbo fecit, Caro factus, ille Sermo
In sæculorum sæcla permanebit.
Is crucifixus, Homo Deus *est, modò quem sona-*
Imanuelem singulis piorum. (*mus esse*
Hi, bone Christe, *poli sunt, quos habitas: in ore*
Signis tonas & gratiâ coruscas. (*quorum*
His dixti: Rorem nubes pluite éditum supernè,
Vt fœta justum terra germen édat
Germina justa, Deus *terrã super excitato nostrã*
Apostolorum prædicatione.
Efficito, fruges édant bene germinante fœtu,
Ecclesiarumq3 adiuvante fructum.
Dogma per illorum nos ut patientiâ sub omni
Fideq3 fruges proferamus amplas.
Hi quia sunt cœli, quos incolis omnium Creator,
Et quos Michael Angelus gubernas:
Quos vice servorum caros tibi seligens amicos,
Tuæq3 testes efficacitatis,
Omnia mortificas in eis, tibi quos Pater dedisset
Resuscitato pro salute nostrâ.
Tu bonus ipsorum nos divisione colligendo,
Tuere nunquam lite dividendos.

Ex bo-

Ex bonitate tuâ nos unanimes aduniendo,
Cum Patre & Aurâ, quomodo estis unum.
O miserare tuos, Deus, *incolis astra qui per ævum*
Ac templa Cœli luce sempiternâ.

XXXVII CONVERSIO ET Peregrinatio S. Pauli. Actr: 9.

EN modò lux redit hæc, in qua Conversio Pauli
Consideranda est singulis fidelium:
In qua iudicium Domini inscrutabile cunctis
De militanti Ecclesiâ, proponitur.
Humanæ carnis rationem vincit id omnem,
Captumvé mentis, indolem vel ingeni.
Christe *lupum vertens in ovem mirabile dictu:*
Ex hoste amicum reddis infestissimo: Actr: 9. & 22.
Organon electum, de Saulo deniq; Paulum,
Qui proferat tua ante reges nomina,
Quæ priùs in totum fastidijt: acris avitæ
Zelator ipse Legis, osor at tuus,
A te stratus humi est, peteret dum tecta Damasci,
Vt Christianos inde vinctos duceret.
Vnde, dies post tres, nimium mutatus ab illo
Saulo, tuos delere qui fategerat.
Sensit enim contra stimulos sibi figere calcem,
Durum esse, seu Deum *in pijs lacessere.*

Acle-

A clemente receptus eo, & sacro amne renatus,
Magnos resumit spiritus cum viribus,
Per quas mundanum possit convellere regnum,
In quo Satan tumultuatur plurimùm.
Hunc tu non pateris tecum regnare, sed hostem
Tibi, tuisq;, victor alme, subiugas.
Paulus id attestans, totâ vi fertur in Orci
Duces, & almum dogma Christi promovet:
Iudæos siquidem convincit in Vrbe Damasci,
Et corbe demissus, periculum effugit.
Finibus ex Arabum sed præco reversus in illam,
Triennio Christum efficaciter docet.
Hinc tendit Solymas, ut cum Petro ipse loquatur:
Cui dies convictor illic quindecim,
Cæsareã accedit: Syriã, Tharsumq; peragat; Act. 11.
Et Antiochiam cum sodali Barnabâ.
Hîc annum peragens, Agabum prædicere sentit
Famem: Deo curanda linquit cætera,
Cuius athleta sacer, necnon fortissimus heros,
Longè gravissimos labores sustinet.
Horum nil proprijs adscribit viribus: illos
Christi imputat tamen potentis gratiæ.
Ipsius est id opus, divino pneumate cuius
Pro messe magnâ missus esse noscitur,
Quâ fruges verbi producere debuit almi,
Iuncto sibi fido sodali Barnabâ, Ib: 13.

Quem

Quem comitem, necnon collegam semper habebat,
Christum *docet pios Seleuciæ incolas.*
Illudidem in Cypro facit, & Salamine, Paphiq3,
Dùm Sergium convertit hîc Proconsulem.
Pergen Pamphiliæ mox, Pisidiæq3 penetrat:
Hinc Antiochiam: quâ remotus, pellitur.
Temporis in spacio longi sacra dogmata tradit
Gentilibus feriviris Iconij.
Hoc etiam eiectus, Derben, Lystrasq3 peragrat:
Saxis ubi obrutus, reviviscit probè.
In Perga tandem verbum cœleste locutus,
Ac executus creditum munus sibi,
Atthaliam descendit, & in Syriæ arva reversus,
Et Antiocchiam, Deo *committitur:*
Traditus ac in opus, quod sex compleverat annis,
A se peracta quæq3 narrat fratribus,
Gentibus ostia quòd fidei reseraverit almæ
Christus: *potens & efficax ore ipsius.*
Post plures annos, Solymas regressus, ibidem
Cum Barnabâ, Titoq3 commoratus est:
Ac per Apostolicum iussus remeare Senatum, Actus.
A Concilio fert Christianis litteras,
Allectoq3 Syla, Derben Lystrasq3 revisit,
Vnàq3 secum suscipit Timotheum.
Mox adiens Phrygiam, Galatas, Mysiæq3 feracis
Emensus arva quæq3, Troaden petit.

Inde

Inde requisitus, Macedûm quoq; in arva profectus,
In Vrbe Philippi, nunciat Christi fidem: Ib. 16.
Cæsus ubi virgis, & carcere clausus iniquo, &
Eiectus illinc, mox recedit cum Syla,
Amphipolim posthac invisit, Apolloniamq; :
Per Thessalonicam, revertit Berrheam,
Exin ad claras studijs delatus Athenas, Ib. 17.
Notum minùs Deum, Areopagi docet.
Hinc quoq; digressus, bimarem intrat nave Corin-
Docetq; ibi annum pœnè sesquitertium. (thũ,
Cum Priscilla Aquilam, Iudæo sanguine cretos,
Româq; pulsos, exulesq;, visitat:
Cum quibus accedit Syriamq; Ephesumq; : diebus
Paucis deinde tensa solvit carbasa.
Cæsaream rediens, Solymam contendit ad urbem,
Ecclesiamq; adit Iehovæ in nomine.
Quam linquens, iterum vicinas tendit in oras,
Necnon pij fidum gregis cor roborat.
Ac rediens Ephesum, p tres ibi disserit annos Act. 19.
Audacter in schola tyranni nobilis,
Et per Demetrium motas compescit ibidem
Turbas, regressus cum sodali in Græciam.
Vrbibus hîc visis aliquot, Templisq; Scholisq;,
Olim in quibus Christum docebat sedulò,
Vndiq; Pastores Ephesinos cogit in unum, Act. 20.
Testatus his integritatem pectoris.

Fata sua, illorum pariter prædicit: ut instent
Vocationi Christianæ, eos monet.
Ad navem deductus, eis plorantibus, amplam
Transit Tyrumq3, vrbemq3 magnã Cæsaris, Ib:21.
Ier Solymam visit postremò: captus in Aede
Illius, arctis vinculis constringitur.
Dicta Agabi Vatis præsentit vera fuisse,
Evinciendum ipsum quibus prædixerat.
Cæsareæ mansit captivus tempore longo,
Exegit & totum ferè biennium.
Post varias fratrum nequam litesq3 dolosq3: Ib:22. & 23.
Fratrum feram ipsi molientium necem,
Mittitur à Festo Romam, quia Cæsaris alti Act:24.
Tunc ad Trîbunal ille provocaverit;
A quo post annos demùm bis quinq3 necatus,
Evangelizat Occidentis finibus,
Hispanisq3 priùs tradens documenta salutis,
Doctor dein sacer Romam revertitur.
Christi septeno decies occumbit in anno
Istâ die, quâ cæsus antea est Petrus.
Cuncti hinc Christicolæ noscũt te, Paule, magistrũ,
Vehuntq3 Christum competenter laudibus,
Qui te conversum profiteri dogma fidele
Quinos in annos, bisq3 denos, fecerit,
Quiq3 tibi dederit terrâq3, mariq3 labores
Sufferre tot peregrinationibus.

Illi

Illi cum Patre, cum sancto Spiramine vero, &
Vni Iehovæ, *sit perennis gloria.* Amen.

THOMAE MITIS LYMVSAEI

SYNOPSIS BIBLICAE,

Coronarum Antitheſis,

Lib: IIII.

I. ABELIS A CAINO FRATRE occiſi. Gen: 4.

Sanguine fundatæ, creſcentis ſanguine fuſo.
Et finiendæ Martyrum ſanguine vivifico,
Martyr Abele cadis dum fratris ab enſe Caini,
Eccleſiæ ſtatum, ſit hoc qualis in orbe, notas:
Nempe Dei *propter cultum, convitia, plagas,*
Necem à Tyrannis ut ferat vel grege hypocriti-
Qui livore ſuo furias accendat in illis (co.
Pœnas ut iratus graves ſumat utrinq; Deus.
Is minitans, Caine, tibi: vox ſanguinis, inſit,
Fratris tui me vindicem nocte dieq; vocat.
Ne facinus tantum mihi dimittatur inultum,
Faxo reatûs hinc tui ſigna notanda geras.
Notus ut occiſor per ea, occidare viciſſim.
Quo quiſq; peccat hoc modo crimẽ & ipſe luet.

STEPHANI à propria gente lapidati. Actt: 7.

Martyrio Christi Stephanus cadit ecce, repleto
Pneumate divino Christigenâq; fide,
Quam patrocinio defendit is ille fideli
Hebræi coram concilio populi,
Vultuq; apparet Genij spectantibus ipsum:
Convictis falsi testibus ora notat,
Ac etiam vero claudit sermone Sophistis,
Et reus actori prævalet edomito.
Arguit & Patres crucifixi funera Christi
Propter, vultq; huius pœnituisse mali.
A verbis esset perventum ad verbera donec:
Saxis, extra Vrbem ductus, ut occideret.
Tendit ovando animis, & spe sua damna levando,
Inq; manus Christi dando animam, moritur.
Eius ad exemplum, lapidantibus impetrat antè
Delicti veniam, vultq; ut agamus idem.

Expostulatio Dei cum Caino fratricidâ. Gen: 4.

Cur vultu accisо, Cain, tristaris? Abelum
Cur occidisti frater ob invidiam?
Sic placet exterior cultus mihi, ne sit iniquo
Pectore productus, quo fluit omne malum.

Si ma-

Si malus esse voles, securæ mentis asylo,
Sepositum crimen dormiet ante fores:
Vnde revelatum, dilatâ clade reatûs,
Pensabit pœnæ, supplicijq́ moram:
Tu domineris ei solers, vitioq́ repugnans,
Ansam præcidas criminis & caveas.
Gliscе repugnando sceleri contrarius omni
Ire, nefas vita, fasq́ sequare pius.
Dissimulator eris fraterni sanguinis à te
Fusi? impune feras id ne, ego perficiam.
Fare age, frater Abelus ubi? Eius *sumné ego custos?*
Quid *commisisti flagitiosе Cain?*
Cultoris desiderio, mens ægra mihi in te est:
Vindictam poscit me cruor innocuus.
En maledictus eris cultu telluris inani,
Quæ maledicta tui sanguine fratris erit.
Sedibus, *ut video, incertis vagus erro vagabor.*
Flagitium sperem majus id esse meum,
Quàm condonari possit mihi deplorato,
Vnde fatigatus, nullibi tutus ero:
Vnde Dei *faciem procul effugiendo, latebras*
Assiduè quæram, nec tamen obtineam.
Accidet hic ut me latitantem ex gente meorum
Quisq́ interficiat simplicitate suâ.
Non *ita: septuplici at pœnâ mulctabitur ille,*
Qui te conficeret tela per atra necis.

Conscia mens sceleris, tibi consternabitur usq3,
Ad primos hominum territa contuitus.
Ipse tui signum dabit, exacuetq3 reatûs,
Agnosci per quem mox homicida queas.
Et propriâ pereas culpâ abÿciendo salutem
Dandam in Messia propiciante Pijs.
Nemo per hunc ipsum iustus, desperet eandem:
Vitæ & Iusticiæ qui reparator erit.

DIRAE CHRISTI. Matt:23.

IErSalem, profert Iësus Vatibus contraria
IerSalem, quæ dira mactas nuncios ad te Dei
Missitatos: eius in te dona spernis maxima.
Orbe toto Civitatum tu omnium ingratissima,
Maximam benignitatem Iehovæ ter unici
Respuis, necnō retundis mente plus quàm ferreâ.
Te tuosq3 ego volebam congregare non semel
Liberos, gallina ut alis congregat pullos suis
Ipsa ni tibi obstitisses contumaciâ gravi.
En domus deserta vestris posteris relinquitur,
Nec prius cognoscar illis frater atq3 Messias,
Donec adventu secundo, censor huc revertero.
Sera tunc erit reorum quæq3 pœnitentia:
Sed coronatorum coronæ promicabunt fulgidæ
Testimonioq3 fient martyrum constantiæ.

II. VOX SANGVINIS CHRISTI cum Abelis, ex Divo Bernhardo.

CAine mentiris tuum in caput: Dei
Maior benignitas reatu est quolibet.
Est Sanguinis Christi *magis potentior*
Vox voce Abeli Sanguinis: *fidelium*
In cordibus, clamans enim ille criminum
Remissionem, Mundus hic quos continet.
Nullum est dubium, quin efficacior siet
Potentiorq; mors Dei *Agni, & Messiæ*
Dandæ saluti: *nostra quàm peccamina*
Damnationi; *nulla quæ* Christo *insitis*
Pastori oviculis suo, est, erit neq;.
Exuberat crimen supra omne Gratia:
Hinc nemo sontium omnium vel maximus
Desperet, unquam: *nixus at fiduciâ*
Conversus & ad fidele cor: *& ad* Deum
Obedientiâ novaq; præditus
Ac Spiritus sancti efficacitatibus
Cum criminis remissione totius
Missi & dati: *perosus illud maximè*
Vitet velut caudam venenatæ aspidis.

III. ENOCHI, IN COELVM vivi translati primâ Mundi ætate. Gen: 6.

Quo fuit indignus Doctoreq́, , Vateq́ Mundus
Colluvie exilij clade vel exitij,
Hunc Deus *acceptum sibi, cultoremq́ fidelem*
Et Cœlo dignum sumit in illud ita,
Vivus ut astrorum sedes intraret Enochus
Vivere nec vellet prosperiore statu.
Hic auditores firmabat Seminis ortu
Venturi: vivâ voce propheta sacer,
Iudicijq́ malos rigidâ terrebat amussi,
Divinus Iudex quà metuendus erit,
Ac exercitibus stipabitur undiq́ sanctis
In generali hominum quandoq́ iudicio,
In quo sint iustis sua præmia, sint sua iniquis:
Orci his, cœli illis, qualia Enochus *habet.*
Post hoc demonstrans restare Fidelibus ævum,
Tum melius multò, tum mage prosperius:
Valleq́ profletûs, restare theatra polorum
Gaudia ubi peragent secula cuncta Pij.

Eliæ rapti in Cœlum igneis quadrigis: 2. ætate Mundi. 4. Reg: 2.

Maximus en Vatum Thesbites, numine plenus,
Impietatis opus, Zelator acris corripit

In pra-

In pravi pravos mores sæcli invehit æstu
Pectoris ignivomi, zeloq; gloriæ Dei.
Tres cum dimidio, cœlum prece claudit & annos,
Impetrat & pluvias Orbi datas divinitùs
Cœlestem in terras ignem vocat, huncq; cremantem
Sic holocausta, velut Centuriones regios.
Suscitat exanimem gnatũ hospitæ, aquasq; melotâ
Dividuas: pedibus siccis Iarden traïjcit.
Azahelem Syriæ Regem: Israelis Iehum
Vngit: Achabũ etiã, Zelans Dei *cultũ, arguit.*
Iosaphatũ & Ioramũ Reges Iudæa admonet hortans,
Increpitansq; stilo, tum voce perquàm liberâ
Benhadadam Syrium morbo solatur in ipso,
Temporibusq; famis, curante corvo, pascitur,
Aviduaq; Sareptanâ, à Genioq; superno:
Donante idoneos ei per loca sola, cibos.
Præq; animi mœrore sui, per tædia vitæ,
Difficilemq; statum, mori, esseq; cũ Deo *cupit.*
Mille Baaliticos Mystas subit ipse, ducentis
Quinquaaginta minùs: Collegam Elizeũ eligit.
Montibus inq; Sinâ ac Oreb audit verba Iehovę,
Mose sodesq; dein in monte celso Thaboris,
Cùm transformato loquitur Christo *insup ejus*
De nece, anastasi ad hæc, Apostolis præsentibus,
Donec ad extremum, senio superante, quadrigis
Turbine raptus eò, cœlos petisset igneis,

Viginti cùm annos docuisset: eum huc rediturum,
Malachias canita ad suprema Mũdi tẽpora.

Ioannis Baptistæ, II. Eliæ.

Vates Zacharias Pater Ioanni hoc
Malachiæ recinit grande Genethliacon:
Laudandus, sonat, Israelis Ias
Est utriusq; bonus, cui dedit Vnigenam,
Qui spes, anchora qui salutis esset:
Olim promissus, nunc tamen exhibitus.
Erexit Deus in domo Davidis
Cornu Christiadûm cuiq; salutiferum
Adversus Sathanam, Scelus, Necemq;:
Adversus stygios (horrida monstra) lupos:
Vt tentamine liberati ab omni,
Christo Rege gregi propitiante suo.
Catenisq; ligaminum soluti,
Exhibeamus Dei nobile servitium
Tranquilla bene conscientiarum
Pace: fidem nobis flamine dante sacro
Firmandam Domini potente Verbo,
Nec modò morigeri sed quoq; frugiferi.
Ac velle illius obsequentiores,
Præstemus studio munia nostra pio.
At tu pusio dulcis & Propheta,
Messiæq; duci miles, athleta sacer,

Prcursor

Præcursor faciem præibis ejus
Atq; parabis ei plana per, aspraq́;, iter
Quod sit pacis & intimæ quietis
Quam parat & reficit Christus *imago Patris.*
Ad quem accessus erit patens per illum
Iustificatorem tempus in omne reis.
Cuî tu martyrio necis cruentæ
Truncatusq́; caput postmodo, Martyr eris:
Monstratum indice quem tuo Dei Agnum
Tollentem Mundi crimina, fassus eras
Vates Zacharias Pater Ioanni hoc
Malachiæ recinit grande Genethliacon.

IV. PATRIARCHARVM ET Christianorum.

EST modo, quæ fueratq́; fides fueritq́; Patriarchis
Per sacra iußis ritibus paranda,
Ac holocausta tot & tantis vicibusq́; sumptibusq́;
Cremanda signo Meßiæ futuri,
Victima qui mundo fieretq́; piacularis omni
Cruoreq́; ipsum proprio piaret.
Quem crucis extensus ligno, horridiore lethi agone
Arâvé fundens, credulos bearet.
Illi inventurum fixêre fidemq́; spemq́; certam,
Verè salutem suntq́; consecuti:

Nos at in exhibitum, confidimus, universitati,
Vtroq; sexu, Christianitatis.
Non illis fucrat mactare pecus gregis, voluptas:
Patri supremo sed fidem probare
Cultu sacrifico rituq; per immolationem
Tot hostiarum victimis litandi:
Respectu Christi, *Genitoris & illius* Dei Agni,
In quo fideles sospitentur omnes:
E duplici una domus facti lapidis per angularis,
Olim revulsi prorsùs architectis,
Nunc sed adapti competenter structuræ utriusq; at
Coniunctioni, vel rei iuvandæ.
Hinc Scriptura refert: Deus *haud renuit* Deus
Et Patriarchis esse non veretur. (*vocari,*
Ipsis cœlituum sacris etenim sacram coronis
Partem coronandis paravit ille,
Qui vult, præsentem spernamus in orbe mansionem,
Futuram in astris expetendo semper. (Hebr 9.

V. ABRAHAE, PATRIS CREdentium. Gen: 22.

A *Patre Tharah Abrã dictus, à* Deo *Abrahã,*
(*Factus idolatra quondam*) *fit Pater credentiũ:*
Messiæ adventũ Fide & Spe vidit, & gavis⁹ est.
Non semel promissionem de beato Semine
Accipit,

Accipit, dicente Iova *pro crucis solatio:*
Illius fidemq; servat respicitq; actu in suo
Hac, repromissoq; fidens Messia sibi dato,
Post graves sortis labores, mortis obstacla insup,
Carneis migrat trophæis ad Coronas cœlitum.

Adoptio Filiorum Dei. Ioan: 1.

Coram Deo *prodest nihil nativitas*
Carnalis, eius prærogativa ut neq;:
Id quomodo in Esavo liquet reiecto ei,
Iâcob sed electo: Ioannes hæc ait:
Ex sanguinibus viri haud, sed ex Deo *satis,*
Dedit potestatem esse Filios Dei,
Natos adoptione, Christus *Messiasq;.*

VI. PROPHETARVM MARtyrij.

Dei Prophetas seu quoq; nuncios
Iuda tribûs Vrbs IeruSalem, nihil,
Parunvé curans, scommateq; excipit
Diræq; morti tradit ad ultimum.
Hinc & Manasses perditus inclitum
Serrâ Prophetam scindit Amoziden,
De se merentem non malè, quomodo
De bis duobus Regibus Israhel.

Quid fata vatis Helcanidæ sacri
Dicam? flagra aulæ, vincula is & probra
Fert in ruinâ cladeq́ Patriæ:
Nili solo imbri sed lapidum cadit.
Ei prophetes iunctior Vrias
Agro retractus Niliaco domum
A Rege truncatur Ioachim, poli
Et ipse martyr, sumit adoream.
Vt nil Micheæ hîc verbera proferam,
Flagellavé Amos cum reliquo grege
Vatum, relata est gratia quîs mala
Mundi huius, astris reddita at à Deo:
Qui pensat illis verbera, compedes
Necemq́ vitâ sedeq́ cœlicâ:
Orcum tyrannos tradit ad infimum
Sævisq́ radit torminibus Stygis.
In Aede, *ad aræ cornua maximæ.* Matt: 23.
Christo *exprobrante id Sarigenis, cadit*
Cruore fuso Regis ab aulicis,
Et impotenti horum violentia,
Cui sceptra, vitam denicq́ Ioiadas
Supremus illo tempore Pontifex,
Servavit ingrato & nimis effero
In Filium eius Zachariam pium.
Zelator esset dum bene fervidus
Legis sacratæ: Regis & improbi

Ac eius

Ac eius aulæ cognitor impiæ
Et factionis perditæ & improbæ.
Seu reprehensor serius & gravis
Quæsitor omne in flagitij genus
Et disciplinæ frena soluta ei
Vtrinq; : sumit martyrij stolam.

APOSTOLORVM SYMBOli 12. Fidei Artt: & Martyrij ubiq; gentium.

1. S. PETRI, Doct: Ponti & Cappadociæ: passi Romæ, sub Nerone.

CRedo *mente pia, Petrus ait,* Deum
In patrẽ, omnipotẽs cõdita q regit:
Doctor Cappadocum, Romæ obit, in trabe
Versâ fixus, ei quam Nero destinat.

2. S. ANDREAE, Doct: Achaiæ: à Patrensibus crucifixi capite inverso.

Iesum in Christũ etiã *credo,* Dei *Vnigenam,*
Nostrum *sed* Dominum, *prædicat Isthmijs,*
Patrensiq; solo, Martyr ubi cadit
Andreas nece, quâ frater obit Petrus.

3. S. IA-

3. S. IACOBI Maioris, Doct: Ebræorum ac Hiſpanorum: obtruncati Ieroſolymis ab Herode Agrippa.

Conceptum *pariter* flamine de ſacro
Natumq́; *ex* Maria virgine, *Maior id*
Hebræis Iacobus tradit, & aſtruit
Hiſpanis: gladio ſed Solymis cadit.

4. S. IOANNIS, Doct: Aſiæ, qui ſolus Apoſtt: deceſſit morte incruenta, & incertâ ſepulturâ.

Paſſum *dira* crucis *cum* nece, mortuum,
Necnon in tumulo depoſitum *petræ:*
Iudææ populi Præſide Pontio,
Ioannes Aſiam voce, ſtilo docet.

5. S. PHILIPPI Doct: Scythiæ, ſuffixi cruce & lapidati.

Deſcendiſſe *ſimul* Chriſton ad inferos,
Auras in ſuperas: hinc *quoq;* redditum
Ternâ luce, *Philippus retinens Scythas,*
Occumbit lapidum ſtrage, crucis nece.

6. S. BARTHOLOMAEI, Doct: Indiæ, ſuſpenſi, excoriati & obtruncati.

Conſcendiſſe polos, omnipotentiæ,
Patris ferre ſui *deniq;* dexteram,

Indos

Indos Bartholomæus, regia ſtirps, docens,
Tingit fonte ſacro, & pelle polos novat.

7. S. THOMAE Doct: Parthiæ & Mediæ: interfecti Lanceâ.

Venturum hinc iterũ *hæc in ſola* Iudicẽ
Functorum *diu, adhuc ſive* ſuperſtitum,
Hoc Thomas Didymus dogmate Parthiam,
Et Medos ſubigens, fert nece lanceam.

8. S. MATTHAEI, Doct: Aethiopum per 20. annos occiſi ab Hirtaco Rege.

In ſanctum pariter credere Spiritum
Matthæus faciens Aethiopas nigros,
Eſt Evangelij ſcriptor, & Hirtaci
Dextra Regis obit cæſus, & aſtra adit.

9. S. IACOBI minoris, Doct: Ieroſolymæ, ibidemq́; deiecti pinnaculo, & occiſi fuſte fullonis.

Cœtus Chriſtigeni *Catholicam fidem,*
Quâ commune bonum *profluat in pios,*
Teſtatur Solymis tam Iacobus Minor,
Quàm fullonis ibi fuſte gravi cadit.

10. S. SIMONIS, Doct. Aegypti & Africæ: ſerrâ diſſecti.

Cunctorum veniam credo reatuum

Ferri

Ferri gratuitò cuiq; fidelium,
Aegyptoille Simon promit & Africæ.
Qui discissus ubi serrâ, ibi cultus est.

11. S. IVDAE, Doct: Persiæ: occisi in cruce propter Magos reprehensos.

Exurgent tumulis reddita corpora,
Iudas asserit, & dogmate Persiam
Hoc victam subigit: cæditur ob Magos,
Errantes quòd eos ritè redarguit.

12. S. MATHIAE, Doct: Iudææ securiq; ibidem percussi.

Aeternam *patriæ cœlituum fore*
Vitam credo, Mathias ait. & cadit:
Occisus propria in gente securi, obit
Dum subiungit: Amen: *huic quoq; Symbolo.*
Nos illa famulos perpetuo beet,
Post hoc exilium corporis, in Polo,
VniTrina Monas, par deitas item,
Patris, Verbigenæ, Flaminis inclyti.

VII. SS. PETRI ET PAVLI Apostolorum.

PEtre, *Pastor* Christi *ovilis,*
Et Paule Doctor Gentium,

Luce

Luce Verbi illuminatam
Olim ambo vos Ecclesiam
Circulum per Orbis ampli
Plantatione extenditis:
Voce quondam concionum
Sed nunc stilo, ac in posterum
Semper extendetis illam,
Flatûs per almi gratiam,
Scripta transmittendo vestra
Ad posterorum posteros.
Tu Paule, vas es Gratiæ
Cilixq́ gente patriâ,
Polaris aulæ & convena
Stili vel efficaciâ.
Petre, Herus *claves polorum*
Tibi administrandas dedit.
De Tribu sed Beniamini,
Tu Paule nate, parvuli
Apostolorum cuilibet
Par, præferendeq́ actibus.
Petre, turgidum per æquor
Te mersitantem non tulit
Christus *extingui profundæ*
Voracis & undæ fluctibus.
Vestium tactus tuarum,
Et umbra corporis tui

Aegri-

Aegritudines fugavit,
Sanatione vividâ.
Paule *sed tibi Scytharum*
Sopho, triumphus obtigit.
Hinc athleta Christianus
Trophæa figis plurima
Atq; gentes universas
Sub signa tuo cogis Duci.
Agmen ingens barbarorum
Vterq; vestrum vicerat,
Cœlicamq; intrârat Aulam,
Christo *iugatus Principi,*
Ac in ævum copulandas
Gentes Hebræis per Fidem.
Sub iugum Christi *fideles*
Adhuc uterq; cogitis:
Quos coegissetis olim
Maiore tam pro gloriâ,
Quàm fidelitate summâ,
Felicitate & maximâ,
Ni Neronis obstitisset
Vobis Monarchæ diritas,
Prælÿsvé utrinq; vestræ
Vocationis arduæ.
Trux nisi impedîsset ense
Vestri laborem muneris.

Petre,

Petre, crux te inversa terræ
Christo iugat, iungit polo:
Cui cruentus mittit ensis
Te, Paule athleta, convenam.
Iamq; fert uterq; vestrum
Cœli coronam perpetem.

VIII. MOISI A DEO SEPULti. Deuter: 34.

SVbtrahitur vivis, Iova curante, Moises
Ab Angelis sepultus, inscio Israhel.
Illo ne spreto, colerent hunc, ossa vel eius,
Chari Deo atq; colloquenti sæpius:
Quiq; Dei populo ductor mitissimus annos
Quadraginta fuit per loca sola viæ,
Protulit & Legem meritis insignibus illi:
Vates & Doctor, dux itidem eximius.
Nulla senectutis viridæ, sensûs hebetisq;
Senſit damna suo corpore sub vegeto.
Centeno ætatis viceno & mortuus anno,
Speluncam ingressus dum Moabi, moritur,
Sic tamen, ut nullus mortali semine cretus,
Illam, aut translati nosse sepulchra queat.
Hunc ita sublatum divinitus atq; sepultum
Suscipit Angelicis iuncta Corona choris:

Sic

Sic Evangelij scriptoris Apostolicique
Ignorata latet tumba Ioannis adhuc.

LAZARI ab Angelis sinui Abrahæ illati. Lu: 16.

HOrrendi stimulent cruciatus nos Epulonis,
Lazari ut hîc simus corpore, mente Polo.
Hîc Deus *ure, seca, puni, istîc parce sonemus*
Id Moses, Vatum id carmina sacra docent.
Regula sit vitæ, Verbum Cœleste: lucerna
Sit pedibus nostris spiritibusque iubar
His pariterque illis recto, fac, calle sequamur
Lazaron illatum sic gremio Abrahami,
Cœlituum ut socius semper lætetur in illo,
Divitis & spectet tormina in amne Stygij.
Vnde patet reditus nulli, discluſus hiatu
Ingenti, verbum quem fugat omne Dei.

IX. IACOBI PATRIARCHAE.

MOrti vicinus Patriarcha Iacobus adoptat,
Gnatos Iosephi duos ut sibi progenies.
Nominibus patrum vocitentur ritè suorum,
Maiorque minori cæderet stirpibus inferior.
Stantibus ad lectum moribundi ex ordine gnatis
Bis senis, genitor fausta precatus, ait:

Congregor

Congregor ad populum á3 meum, morior á3 libenter,
At vos cum Patribus me sepelite meis:
Spelunca in duplici, nimirum Ephronis in agro,
Cum Sarai Abrahamus coniuge, noster avus,
Et Pater Isacus cum Lia uxore, Rebecca á3
Est tumulatus ubi funere honorifico.
Ossa mea illorum sint osibus addita, quorum
Mentibus & cœlis mens redimita cluet.
Per Silo Virginei fœtus, Semen á3 receptum
Natio cuncta uni quò benedicta foret.
Dixit & attractis pedibus suspirat & efflat
Restituens animam, venerat unde, Deo.

IOBI patientis Iob: 19.

Exemplar patientiæ relictum,
Cuilibet Husitides ponitur ipse pio.
Ac prælucet ubi á3 constituto,
In cruce lenimem speret ut omnimoda:
Et cultor Dei & administer eius
Conformis capiti sit á3 ducí á3 suo,
Quem fassus patiens Iobus, inquit:
Esse Redemtorem mi super astra scio,
Qui Rex vivit in universa summus:
Vitæ largitor, Iustitiæ á3 dator.
De tellure novissimo dierum
Exurrecturus tunc redivivus ero,

Ista

Istâ pelle meâ tegar vicissim,
Hac in carne mea conspiciendo Deum,
Sum visurus ego mihi hunc eundem
Luminibus propriis, haud tamen alterius.
Spes hæc in sinubus meis reposita,
Me refovens, firmet mortis in articulo,
Quâ cum cœlitibus superbeatis
Ipse coronari, vivus in Axe, queam.

Crucis momentaneæ, ac gloriæ perennis. 2 Cor: 4.

CHristus *est icon Patris æviterni,*
Ac ei compar, similis, coævus,
Gratia nostri redivivus idem
Vivit in astris:
Vivit & regnat sine fine nobis.
Compati gliscamus Hero ministri,
Alta si cum ipso cupimus tenere
Regna Polorum.
Crux in hoc mundo brevis & fugax est,
Gloriam Christo *tribuente veram,*
Perpetis vitæ pariet coronam
Cuîq; profesſo.
Ore Salvator proprio requirit
Illud, affirmans: profitebor, inſit,
Cœlico coram Patreq; Angelisq;
Martyra nostrum.

X. ELEAZARI MARTYRIS.

2. Maccab: 6.

MArtyr Eleazarus Scribas primarius inter,
Doctorq3, Legis Iehovæ, fidelis,
Vir pietate gravis, comi pietate verendus,
Ipsi vel hosti nongenariusq3.
Antiochi iussu porcinam sumere nolens,
Ori at suo ingestam expuendo calcat.
Nec simulator avet licitis quoq3 carnibus uti
Ad demerendam Principis favorem.
Aut declinandam crudeli tormine mortem:
Deo esse fidus vult, moriq3 Martyr,
Quàm violare sacram Legem: iuveneſvé seneſvé
Vtroq3 sexu, provocare iniquè,
Illud idem exemplo faciant monuti ipsius: absit
Hoc, inquit, à me, quem gravat senectus:
Quem Iova propitius præfecit in ordine Scribis,
Vt Legis interpres siem sacratæ,
Exemploq3 meis hoc auditoribus ipse,
Quod disciplinæ cardo poscit, essem
Mâlo mori carnis cruciatu quolibet huius,
Quàm mente perdi perditus Iehovæ.
Ille mihi æternam cœli, hac pro cæde, coronam
Inter beatos cœlites, reponet.
Dixit, ovansq3 animo tum spe sua damna revolvens,
Lictoris ictus sustinet cruentos.

Oppetit & pulchram per vulnera plurima mortem,
Exempla de se Filijs daturus.
Martyr Eleazarus Scribas primarius inter
Doctorq3 Legis Iehovæ, fidelis.

Militiæ DEI Tim: 6.

CHristigeni sunt hæ virtutes militis ampla,
Haud sine fruge, Fides
Iustitia insignis, pietas, dilectio, mensq3
Gnara subire crucem,
Quæ pulchro Fidei certamine cognita, vitæ
Perpetis ambit opes,
Spectans adventum Christi Censoris Iësu,
Sic operitur eum,
Vt vanis Mundi splendoribus atq3 periclis
Præferat astra poli.
Terriculamentis, viq3 haud moveatur iniquæ
Vllius exitij.
Est siquidem solus Princeps, Herus, Arbiter & Rex
Regibus imperitat:
Immortalis, inaccessam lucem incolit idem,
Fit neq3 visibilis:
Cui laus, majestas, robur, victoria saclis
Stet data perpetuis.

Militis

Militiæ DEI. 2. Tim: 2.

STans animo firmus, discrimina nulla recuso
Subire Christi ob dogmata,
Maiorum Fidei insistens, vestigia servo
Fidelitate debitâ.
Informatoris monitis obtempero sanctis
In conscientia bonâ.
Me precis illius commendo fructibus amplis,
Obstrictus hinc DEO magis,
Quo magis abs ipso cumulatior appeto donis
Vigere in eius gloriam.
Non ignominiam crucis exhorresco caducæ,
Duco probrosam nec mihi.
Dona Dei reverenter habens, in me excito semper
Flatûs sacri per gratiam
Roboris hic etenim, sanæq; per omnia mentis
Et Charitatis fervidæ,
Fert Evangelio Christi ratione vel istâ
Fidele testimonium,
Et simul elucere facit virtute supernâ
Iubar Dei præsentiæ.
Hac ratione mei compos voti ipse, coronam,
Marcessibilem nunquam, assequar:
Per Ducis adventum Christi servatus Iesu
Ex gratiâ ab æterno data.

Mortis hic est victor, qui perpetis inclitus ævi
Sæclo altero, extat conditor.
Certus, velle mihi hæc, præstarevé posse Iehovam
Vel millies rependere,
Depositumq3 meum servare diem mihi ad illum,
Quo finis Orbi venerit;
Dum servabo mei firmus modò scita magistri
In Charitatis Spe & Fide.
Efficere illa quidem fuerit res ardua valdè:
Divina sed Aura in me efficax,
Sic Virtute sua pectus suffulciet intùs,
Facienda foras cuncta ut ferat,
Nilq3 ego apostaseos faciam, curemvé furores
Christi sed astruam decus,
Pro quo, veridicus promissis, denigq3 factis
Cunctis rependet præmia,
Quæ sua det iustis dignè, sua reddet iniquis:
Vindex mali, assertor boni.

Eiusdem. Indidem.

GRatiâ corroboratus Christi Iësu, milito
Imperatori superno gnavus ac industrius
Miles, ac fidele cunctis reddo testimonium.
Quæ scio exaudita gnarus, plurimis communico
Ac idoneis revelo testibus, qui cæteris
Rursus hæc communicando latiùs dispergerent.

Sustinens quosvis labores, ac semel dicto omnibus
A vocamentis vale, essent quæ impedimento mihi
Militanti ac se minanti farra sermonis Dei.

Accipit nemo coronam Gymnici certaminis,
Ipsius Legem secundum, rite ni certaverit,
Quamlibet labore duro & sortis asperæ statu.

Non erit sperandæ messis, ni labor præcesserit
Tàm colendi quàm serendi ruris arva fertilis.
Nil boni Deo *absq; nostro, ꝑcipi aut quit ꝑfici.*

Sic memor resuscitati Christi Iësu *à mortuis*
Stirpe qui Davidis ortus, prædicatur Messias
Orbe toto constitutis nationibus datus.

Sin mihi hinc afflictiones prædicanti obvenerint,
Sufferam stringi catenâ, conÿcivé in carcerem:
Hic. n. mecum Iehovæ *sermo vinctus non erit.*

Propter Electos tenemur ferre quamlibet crucem,
Vt quoq; illi sempiternam consequãtur gloriam
Et salutẽ, ex prædicatâ Christi Iësu *gratiâ.*

Mortui cum quo, & sepulti, conresuscitabimur
Post brevesq; afflictiones, perpetim regnabimus
Confitentes ipsum ab ipso confitebimur Patri:
Perfidos sin nos videbit, fidus ille permanet
Ac in æternum manebit: nil sibi contrarius.
Id Deo *teste advocato, concioni tradimus.*

Me meo Duci probatum militem sic offero
Veritate in asserenda sum professor strenuus,
Ac Dei *sermone secto ritè prosim ut omnibus*
Garrulam plurimorum vanitatem reprimo
Quæ velut gangrena sensim serpit & totū inficit
Corpus: obsisti hic oportet maximè primordijs.
Hinc Dei *fundamen hoc stat sub sigillo immobili*
Sit Deus, *qui sunt sui: omnes esse patri desināt*
Qui colunt Christi *professum nomen & nu-*
(men sacrum.
In domo magna & frequenti vasa sunt promiscua
Sive conflata è metallis: sive ligno, seu luto,
Hospiti domûs adingens tā decus quā dedecus.
Face si quis se repurgans approbaverit Deo,
Vas sacris accomodatum fiet usibus probè,
Ad bonumq; opus paratu quolibet deserviet.
Et docentis & moventis lenitas erroneos
In viam reducat: omnis stulta cesset quæstio:
Ne magis pugnas regignat quā viris sint cōgruæ.

XI. SEPTEM FRATRVM MARtyrum & Fill: Eleazari, & Solodomidis, Martt: 2. Machab: 7.

SEptem nunc referam carmine Martyres,
Et fratres sobolem patre Eleazaro
Pectore

Pectore ac etiam strenuo Martyrem
Natam: matre simul de Solomodide.
Hæc, post Martyrium Coniugis inclitum,
Infantumq3 duorum miserabile
Vnà præcipitem cum genitricibus
Turri ex aëria fossile ad infimum:
Est hortata suos você gravissima
Dulces filiolos: pectore masculo
Supra quemq3 virum, quamq3 viraginem
Maternis etiam fervida motibus.
Hinc fortes: animo corpora vivido,
Diris obiiciunt torminibus sua
Malunt flagra pati cum mutili artubus,
Quàm linguâ & Cranij parte cutis tegi.
Porcinam renuunt aut quoq3 respuunt,
Ingestam sibi per ludibrium grave:
Stant invincibiles proposito in bono,
Instant voce tyranno nimium truci.
Hinc infestat eos rex gravioribus
Tormentis, fieri si queat ut sibî
Morem forte gerat septimus ordine,
Postremusq3 loco, natu etiam infimus.
Hunc tentans varijs artibus aggredi,
Promissis simul & praxibus aulicis,
Per stlorgas pariter mâtris, agit nihil
Hanc illumq3 animis insuperabiles.

Donec visa mori cæde tyrannica
Septem post homines tam generosulos
Octava (ah) spacio lucis in unius,
Eiusdemq3 sacra martyrij nece.
Qua vitæ referunt gaudia perpetis
Coniuncti Genijs, Antiochi & minas
Flammas, flagra, rogos cumq3 lebetibus
Et sartaginibus undiq3 fervidis,
Mutari aspiciunt exitialibus
Orci & perpetuis discrutiatibus
Nunquam extinguibili vermeq3 conscia
Semper mente mali totius, & iugi.

Beatitatis Martyrum & Confessorū.

Quos cingunt niveæ Stolis
Vestes albicomis? quos decorant caput
Palmæ, armantq3 manum martyrio voceq3 dog-
Testes sunt Fidei sacræ (matis?
Firmantq3 unanimem Christiadûm gregem,
Perpessivé necem torminibus, dogmate vel crucem.
Laverunt siquidem stolas
Agni sanguine, quo vita salusq3 eunt:
Hinc stant ante Deum, *quē celebrant carminibus*
Hinc non esurient magis, (Patrem.
Vsquam nec sitient amplius: indigi
Potûs, sive cibi: æstus nec eos uret, hyems neq3.

Agnus

Agnus pascet oves enim
Potas vivifico fontis ad herbulas:
Christus *Rex erit his, officio perpete Pontifex,*
Absterget lacbrymas quoq3
Omnes ex oculis plus satis uvidis
In cœli patria perpetuò summa beatitas.
Nobis detur ea omnibus
Ad Christi *meritum confugientibus:*
Is servare potest, in nece, vitâq3 sibi additos.

XII. TRIVMPHI CHRISTI passi, resurgentis à morte, & ascendentis in cœlum.

REx hominum, fractor Satanæ, populator Averni
Christus, *& evicta victor de morte resurgẽs,*
Testibus Angelicis, custodeq3 teste Sepulchri,
Cuî fuit impositus, telis munitus & armis,
Magdalidi primùm, socijsq3 Emaunta profectis,
Fratribus undenis tandem, Matriq3 Petroq3
Se manifestavit redivivum corpore in isto,
Virgine quod sumpsit natus genitrice Maria,
Ante dies quo tres ligno, crucifixus ab alto
Dulce pependit onus, lytron ac venerabile nobis,
Sufficiensq3 Deo, *pro crimine totius orbis,*
Iusticiæ multùm rigidæ, multùmvé severæ,
Ac iræ ingenti, quam non, nisi criminis expers,

Omni & labe carens potuit placere Dei Agn⁹:
Victima grata Patri, Mundoq́ Redemtor Iesus.
Is siquidem Didymo palpandum se dedit ultrò,
Vt sensu tactûs quoq́ consuleretur abundè
Infirmæ hominũ fidei, aut incredulitati, (pfessus
Quam Thomas, Christon *Dominumq́* Deũq́;
Esse suum, liquit, cunctis exempla daturus,
Quò testi credant, oculisq́ negata, refigant
Pectoribus: vitæ Verbo ratione subactâ.
Sic manifestatus denis quater ille diebus,
Convictûsq́ pij, sermonibus, argumentis
Non dubijs esûs, alijs quoq́ rebus idipsum
Divinâ virtute probans: quòd vita piorum,
Omnibus æternæ reparâsset dona salutis.
Discipulos vnas postquàm collegit in ædẽis
Et comites alios, pandit mysteria cœli,
Ore redargutis suo eis, quia credere nollent,
Cordis duriciâ, mentisq́ stupore gravati,
Quos relevare studet, de seq́ Oracula vatum
Edocet, affirmans, quòd Christon *oportuit ipsũ*
Dura pati, diramq́ necem: inde resurgere vivum
Paulopòst: vigiles, ait, hîc maneatis, oportet,
Ac exoretis promisso danda parentis
Munera supremi, de quẽis me sæpe locutum
Audístis: cuius finem sermone secuto
Quærunt, &, ne nos suspende diutiùs, aiunt,

Sed dic

Sed dic mox, an in hoc modò tempore (tanta resedit
Regni Messiæ carnalis opinio, & error
Possedit rudium cor, regnandiq; cupido)
Regia restitues Israeli sceptra? daturus
Vt sit eum penes Imperij suprema potestas,
Gentibus ut domitis, totum dominetur in orbem.
Illis subridens hominum Servator Iesus:
Haud vestrum est, reddit, quæsitaq; inania taxat,
Ac neq; concessum vobis noviſſe futuri
Temporis articulos, casus, eventavé rerum,
Aeternus genitor quæ tantùm novit ad vnguem
Perfectum, & solus dispensat fata, vel ortus
Regnorum: Mundi post funera conscelerati
Prorsùs, & immundi, sua præmia reddet utrinq;
Iusto, ac iniusto: pœnis huic perpetis orci,
Gaudia verò illi cœlestia totius ævi.
Vos tamen, adveniens Spirabile numen ab alto,
Imbuet, imbutos virtute quoq; induet altâ.
Hinc mihi in officio testes per cuncta fideles,
Nec modò in urbe sacra Solymorum, Samariâq;
Omni, finitimisvé locis, Galilæidos oræ
Insuper, ac reliquis passim ditionibus: amplis
Et longè positis terrâ, lacubusq; mariq;:
Orbe sed in toto spargetis munera sacri
Verba Evangelij per me monstrata piorum
Cuiq;, necis lytro, sed anastasis incremento.

Est locus in mediâ positus regione feracis
Bethaniæ, sêu mons Oleis excultus & auctus,
(Vnde fuit nomen sortitus & omen) in illum,
Egressus Solymis postremò dulcis Iësus,
Fratribus adductis secum, & gentrice Mariâ,
Non utriusq; citra sexûs, ætatis & omnis
Agmen, scandit: ab hinc scansurus in astra potenter.
Ergò vale dicens socijs, mandata dat, vt se
Contineant Solymis, promissaq; dona Parentis
Exorent precibus iunctis, maneantq; fideles,
Fausta precatus ad hæc, simul, ac semel omnib⁹ idē,
Visibili fertur specie super ardua: nubes
Donec ab intuitu spectantûm, lucida mirè,
Occuluisset eum: sed adhuc spectantibus illis
Cœlum (tantus amor cupidos & cura videndi
Detinet amissi famulos Domini atq; Magistri
Discipulos) postquam Genij duo, sindone tecti
Candidulâ, apparent: Galilæa propago virorum,
Dicunt, quid fixis cœlos, oculis, animisq;
Suspensis lustrare iuvat vos? namq; hic Iësus
Quomodo præclarus conscendit victor in altum:
Sic etiam Iudex terras descendet ad imas,
Vnicuiq; hominum factis condigna daturus
Præmia, sive boni fuerint hi, sive maligni.
His ita præceptis (at disparentibus iis)
Mox repetunt Solymas læti, subeuntq; penates,

In qui-

In quibus assiduis precibus votisq3 vacarent:
Nempe Simon Petrus, Maiorq3 Iacobus, & eius
Frater Ioannes, Andreas, Bartholomæus,
Thomas, Matthæus, Minor ac Iacobus, Iudæ
Adiunctusq3 Simon, necnon collega Philippus,
Et, qui præ Iusto est delectus sorte Mathias
Ille Deiparvus seno bis in ordine summum
Sortis Apostolicæ referans claudensq3 Senatum.
Hi, necnon alij, sexu ex utroq3, fideles,
Cum genitrice Dei fuerant, pia vota litantes,
Ac expectantes divinum flamen ab alto.
Non vult ulterius donum differre supremus
Promissum genitor, turbæ quin vota fidelis
Impleat, huicq3 suam clemens accommodet aurem,
Atq3 fidem verbis præstet, promissaq3 rebus.
Iamq3 dies ierant quini bis in ordine certo,
Post Christi ascensum in cœlos, celebrisq3 triumphi
Solennes actus, & fixa trophæa per æthram,
Cùm Deus Electis mittit vegetabile numen
Huc, ubi turba gregis fuerat collecta piorum,
Vnanimiq3 fide studioq3 flagrârat eodem:
Ecce fragor cœli subitò, & concussio terræ
Exoritur: quassata domus vasto impete flatûs
Concutitur, subitam minitari visa ruinam:
Oppressura velut collectos intùs in ùnum.
Prodigia éduntur: lambit sacra flamma recessus

Pectoris internos, externis sensibus addit
Robur: Apostolicisq; viris caput exerit ardens
Igne, bipartitisq; potens (mirabile) linguis:
Igneus ut sit eis vigor, ac bene promta facultas
Vtiliter, varijsq; modis Oracula fandi,
Et benefacta Dei *patris per* Christon Iësum
Vnigenam, Flatumq; sacrum collata fideli
Vnicuiq; homini: vitâ atq; saluce perenni,
(Hæc Evangelij est lætissima concio) partâ.
His porrò visis, alij terrentur, & intra
Spem, magnosq; metus hærent, alijq; loquaces
Balsò, derident falsè, adscribuntq; Lyæo:
Cêu madidi musto, non intellecta referrent
Verba: sed in buccam quicquid protruderet illud.
At Petrus hos sanctus vero sermone refutat,
Adq; auditores primo, tria millia quorum
Lucratur Christo, *evincil, Vatisq; Iohelis*
Oraculum impleri divinitûs, edocet, almo
Pneumate demissoq;, in Apostolicumq; Senatum
Effuso, hi cuius virtute loquantur: ab illo
Sed proficiscantur magnalia Cuncti potentis.
Ipsius est mentem lustrare, incendere pectus,
Os itidem laxare, velit quacumq; profari
Linguâ quicquid, ut id posßit, præstetq; potenter.
Nos etiam votis vnà concordibus omnes
Sollicitemus opem diam, sacroq; petamus

Flamine

Flamine donari: noſter, dicamus, Ieſu,
Auſis pro noſtris atroci tradite letho,
At non ipſius vinclis detente, vel Orci:
Sed tridui ſpacio vitales reddite in auras,
Cœlituumq́ domos altas dextramq́ Parentis,
Spirituale tenes regnum ſuper omnia paſſim,
Ac homines inter diuis tua dona, tuiq́
Flaminis, & vegetas ipſo pia corda piorum,
Hoc etiam noſtras, petimus, rege & imbue mentes:
Vt tibi ſint gratæ, tibi ſolvant munia laudis,
Cordeq́ & ore pio gratantia carmina reddant
Hîc modò, at æternis cœlorum in ſedibus olim,
Bum Patre ubi & ſacro Spiramine vivis in ævum.

THOMAE MITIS LYMVSAEI

SYNOPSIS BIBLICAE, Miraculorum DEI, Lib: V.

I. CREATIONIS VNIVERſorum ex nihilo.

FIt nihil ex nihilo naturâ teſte ſagaci,
In nihilum unde redit, quod fuit ante nihil:
At Deus

At Deus omnipotens naturæ totius autor
Atq; gubernator summus & omniscius.
Nulla ex materiâ Mundum existente triformem
Fecit per Verbi cuncta creantis opus,
Et sustentantis miro vegetabilis Auræ
Fotu ad supremam, quâ ruet ille, diem.
Et dubitabis adhuc rerum confidere Patri?
Solus is ex nihilo protulit omne Sator:
Cuî dictum constat rebus, verbumq; nec ullum
Soli impossibile est, aut ita difficile,
Mox ut ad effectum subiit fervore valoris
Non deducatur, sitq; reapse vigor.
Missus id ad Mariam testatur nuncius ales,
Afflatu vrigo quòd gravidata sacro,
Viscere concipiet casto sacra, & Immanuelem
Mundo promissum sæcla tot antè, feret.
Id Petrus, id Paulus, gentilis Apostolus aptans,
Firmat, grex itidem tradit Apostolicus.
Protulit hunc Virgo mansitq; puerpera Virgo,
I nunc & fieri hæc Arie, posse nega.

Eadem ἐξοτεματικῶς. Indidem.

QVis Cœlo, terræ, luci, undæ, æthræq; creavit
Tensæcum stellis lumina bina? Deus
Quis tenebras noctem dixit, lucemvé diei,
Mane novo, aut sero vespere utrinq;? Deus

Quis

Quis firmamentum cœli divisit ab undis
Desuper, aut clausas fonte vel amne? Deus.
Quis mare secluſit terris, dans germen & herbam
Semine per ſpecies fructificante? Deus.
Quis piſces varios fluvijs, Pontové Balenas
Indidit, aëri aves per genus omne? Deus.
Quis benedixit eis, & dixit: multiplicando
Creſcite aquis: æthram pervolitate? Deus.
Quis iuſſit: tellus animalia paſcat & édat
Reptile, iumentum, beſtiolaáq;? Deus.
Quis tulit è nihilo bis trinus cuncta diebus,
Cunctaáq; adhuc ſervat voce potente? Deus.
Quiſvé creaturas homini dedit haſce creato,
Huncvé ſibi Domino ſubdidit ipſe? Deus.
Ergo ſolus is à cunctis celebretur in horas
Mirificus plaſtes, munificusq; pater.

II. IMAGINIS DEI.

Magni muneris eſt loco tenendum
Quòd vultûs, homo ſit factus imago, Dei,
Qua mirum ſimulacron eius eſſet
Divinæq; auræ particulam gereret.
Ac illi ſimilis foret per omne:
Innumeris animi dotibus ingenui,
Immortalis adhæc, & innocentis
Per ſtudium Veri, Iuſticiæq; decus:

Ipsâ

Ipsâ denique sanctitudine apti
In Templum perpes Deo *vas & honorificum.*
Hinc Evangelij tubâ beati
Vocevé cœlesti, sive Ministerij.
Transformari hominis Apostolus fert, 2. Cor. 3.
Hujus imaginis almi Dei *in effigiem.*
Impressam probè & inditam potenter
Mentibus humanis integritate suâ.
Consecrata Deo *tenentur*
Templa piè mens cum corpore, innota sibi:
Vt, quod primitùs extitêre fiant
Rursus imago Dei, *charaq; progenies.*

III. FORMATIONIS HVMANÆ, & arboris Vitæ & Scientiæ. Caput II.

EFfigiatus humo divinitùs ac homo primus,
Voluptuoso in horto Eden fœtibus arboreis.
Ornatuq; suo, vernanti Solis ad ortum,
Et irrigati iugiter flumine quadruplici:
Nimirum undanti Phisone, Gehoneq; Tigriq;,
Ephrateq; omnes influant qui simul Oceanum:
Formato à se homini Deus *hic spiracula vitæ,*
Influat ut sit integra parte sui solidus.
Vt quoq; præsideat paradiso cultor, habendo
Vitæ & Scientiæ arboris nobile Mnemosynon.

Quo

Quo vitam sibi concessam divinitùs, esset
Memor retenturusq3 eã p. Domini *obsequiũ.*
Hoc retineretur verò per tempora quævis
Labentis ævi, ac debito staret in officio,
Quod Deus *iniunxit præstandũ maximus illi, (ret.*
Sanctè, hoc moneretur q3 plus ne sapere appete-
Quàm par aut æquum foret: exiussóve Iovanæ
Obedientiæ iugo, de vetito inde cibo
Arbiter esse boniq3 maliq3 caveret in horas:
Sensu suo fisus, suis viribus aut etiam,
Hoc aliudvé ageret divini oblitus honoris
Probationis arborem hanc sumeret unde sibi:
Num parere velit iußis cœlestibus, an non?
Factus rebellis aut Deo *aut morigeratus homo.*

IIII. INSTITVTIONIS MATRIMONIJ in Paradiso.

Dic, Paradisiacis autor quis primus in hortis
Instituit fœdus connubiale? Deus
Quando viri sumtam produxit crate virissam,
Pronubus ipsse, Evam tunc ibi iunxit Adæ.
Huic adiutorium simile ut sit, utroq3 parentum
Missso & adhæreret iuncta virissa viro.
Spectatâ taciens prole ipsum utroq3 parentum
Sexu: hanc cultricem sisteret ipse Deo.

Organon

Organon Electū hinc bimari dās scripta Corintho,
E muliere vir haud sumtus & ortus, ait:
Absq3 illâ tamen esse nequit, caruisse nec illo
Hæc: ambos igitur mutuus ardor agat,
Inq3 bono quovis consensus, prolis & ingens,
Necnon venturæ posteritatis, amor
Vir muliere nequit, sociâq3 carere cubilis,
Ipsius emineat quamlibet ipse caput:
Ipsa viri neq3 mancipium, regina nec extans,
Debet, crate viri sumta, subesse viro.
Sumat ab hac ut & hic aliquid de prole vicissim,
Deq3 domûs curâ sive favore pari.
Temperet amborum munus concordia lecti
Vnaq3 mens duplici corpore, & una caro.
Vnius ambo Dei *coalescant cultibus almis,*
Qui vult hac ambos sorte, bigavé trahi.

V. INSTAVRATIONIS LAPSUS humani. Gen: 3.

PRimorum reparabitur parentum
A quo lapsus, & universa labes?
Christi *à semine sacrosanctiori,*
Sive è fœmine virginalis alvi.
Sævo à Dæmone, cuius acta solvet,
Fidentes sibi liberabit omnes:
Sumtis nomine req2 in omen ipsum

Iëſu *populos ſuos beantis*
Fuſo ſanguine per λυτρον *ſolutum,*
Repertæq́ redemtionis uſum.
Actus Dæmonis unde deſtruendo
Necnon corporis effugando morbos,
Mortuos itidem reſuſcitando
Meſſiam exhibitum probabit hinc ſe.
At nos cum ſacro Apoſtolo precemur
Deum, *qui pater eſt benignitatis*
Totius Satanam malignitatis
Noſtro ut ſub pede conterat potenter. Rom 16.

VI. TRANSLATIONIS VIVI in Cœlum Enoch. Cap. 6.

ENochus Iæ *ſervulus & comes,*
Citra querelam vixit, & integer
Vitæ, nefandis & vitijs ſine,
In orbe fulſit luciſugo iubar.
Hunc ille Mundo nil adamabilem
Valde at peroſum, corpore viuido
Nec ſufferentem crimina ſontium,
Quin imò vivum tranſtulit in polos:
Remunerator largus, & arbiter
Iuſtus: fidelis cognitor & dator
Boni & mali omnis tempore quolibet,
Id ipſa ſicut poſtulat æquitas.

Fidelis

Fidelis Enoch, *inquit Apostolus,* Heb: 11.
Mortalitatis nescius & Deo
Translatus, altam fert patriam poli
Ad excitandum præmiolis Pios.

VII. ARCAE NOAH. Gen: 7.

VVlt quid hæc Argo sibi, præparata
Nempe servandis animabus octo.
Cum pari quovis volucrum & ferarum,
A Cataclysmo?
Hoc enim Mundum Iova *perditurus,*
Perditum culpis malè, clausit Arcam,
Incolasq; eius spacium per anni
Texit in ipsâ.
Hac parens Ecclesia denotatur,
Quam salus extra positis, negatur
Omnibus, quos hæresis improbandæ
Inficit error.
Schisma transversos vé rapit, nec usquam
A Prophetarum vel Apostolorum
Dogmatis, Christi quoq; concionis
Vertit amussi.
Ille *ait: per diluvium ut peremtus*
Orbis est primus, Noah in diebus
Sic in adventum hic subitò peribit
Iudicis alti.

VIII. IRI-

VIII IRIDIS IN NVBIBVS extensæ. Gen:

CVius opus renitet cœlestis hic Iridis arcus
Mube serenatus versicolore? Dei.
Is Noah in fœdus firmandum, posteritati
Illum distendit cuncta notante manu.
Cuilibet ætati signum delebile unquam
Vt sit, quòd Mundum non mage perdet aquis,
Ignibus at sævis: vitâ restante perenni
Iris ut & viridans fulvaq́, utrumq́ notat.
Asserit illudidem proprio Petrus ore beatus
Aiens: Mundus aquis diluvij periit.
Cùm sit septus aquis, & in his fundatus, alumnos
Perditus amisit, sed remanente basi:
Vt quoq́ cum cœlis flagrantibus, igne liquescat
Vnâ, in postremi tempore iudicij.

IX. CONFVSIONIS LINGVArum, & dispersionis gentium. Gen: 11.

EXtruitur populo turris Babel alta congregato
Linguam per unam Senaar in agro,
Cùm Deus incœptis commotus & incitatus ausis
His VniTrinus sic eamus, infit,

Ac operas

Ac operas hominũ semel impediam⁹ *has furẽ-*
Absolvi ut unquam non queant deinceps. (tũm,
Dixit, & immisit confusi ita voculis labelli, &
Sermonis usum disparem cùivis,
Alter ut alterius non perciperet satis loquelam:
Confusio oris cœpit hinc profani,
Cœptaq́ vasani sunt missa furoris & laboris
Dispersioni ac gentium relicta.
Diversum *Solymam divinitùs accidit p Vrbem*
In Pentecoste Christianitatis,
Aethere quâ lapsus sacer halitus igneis potenter
Sectisq́ linguis, ora Apostolorum
Ditat, & esse facit facunda per Orbis universi
Linguas, Iehovam *dans sonare cunctas.*

X. POENAE SODOMORVM uxorisq; Loth in statuam salis versæ. Gen: 29.

Sulphuris igne: perit Sodomæa lasciva propago
Ipsaq́ Pentapolis.
Exitio hoc exit Lot exhortante morantes
Seq́ suosq́ Deo.
Et ducente foras operâ stimulové per acri
Angelicâq́ manu.
Tam cum natabus binis quam coniuge versâ,
Proh, salis in statuam.

Quòd

Quòd respectasset temerè post terga, superno
Id prohibente Deo,
Temporibusq; illam cunctis statuente profano
Vnicuiq; notam:
Symbolon aut potius seclis delebile nullis,
Vt sacra iussa probet,
Obsequiumq; Deo mandanti, & iusta volenti
Præstet in officio,
Nunquam & deficiat suscepto à dogmate Verbi,
Huic lucra posthabeat,
Vanaq; contemnat fallacis gaudia Mundi,
Carnis & illecebras.
Innuit id Christus *dicens ita: nemo prehendens*
Cultor aratra sibi,
Tergaq; respiciat, non autor idoneus astò quò
Cœlica regna ferat.
Lothi temporibus ceu sulphuris igne pluebat
Cœlicus ipse Deus:
Sic erit adventus supremi Iudicis: uxor
Respicienda Lothi est.

XI. ISACI EX SARA MATRE nonagenarâ nati. Gen: 21.

NAscitur ex sterili Isacus Sarai parente anuq;,
Spes posterorum stirpis Abrahami.
Rebus ei promissa datis sua adimplet en Iehova,
Saræq; risum gaudio rependit.

Id testata fuit, præputia cum resectus infans,
Convivialem poscereret diætam.
Lætitiamvé patris cum finitimis, tribulibusq3
Matrisq3 amicis utriusq3 sexûs.
Est Iova cunctipotens, liberrimum agens & in se-
Causas, vel ordo quas Physis requirit. (cundas
Est verax, constans promissio rebus exit illi
Dilata quamvis longiore metâ.
Sic effæta Sarah senio diuturnioris ævi,
Est Isaaci facta tunc genitrix.
Fidere divinæ didicit solidè in gravi senecta,
Promissioni, submonetq3 cunctos,
Aetatis sexus cuiuslibet atq3 nationis,
Credant Iehovæ certa pollicenti.
Hinc genti scribens recutitæ ita Apostolus profatur:
Effœta Sara cum fuisset annis,
Effectu Fidei vim concipiendi, annus parensq3
Tulit receptâ prole, masculaq3,
Quæ dedit Isacidûm stirpi per originem paternam,
Et fausti tatem Messiæ sacro ortum.

XII. IOANNIS BAPTISTAE ex Elizabetha matre senio confectâ. Lucæ 1.

Dialo-

Dialogismus Angeli cum Zacharia.

PONE metum Antistes: Iovæ modò nuncius ad-
Vt completa tibi vota reapse probem. (sum.
En tua, nil dubita, coniunx effœta Ioannem
Nomine, conceptu proferet insolito.
Is te oblectabit mirè: natalis at eius
Gaudia permultis, lætitiamq; feret.
Hic in conspectu Domini permagnus & undæ
Potor, nec siceram, nec bibet ille merum,
Impletusq; sacro Flatu genitricis ab alvo,
Israëlis sobolem pertrahet ad Dominum:
(A quo descivit pravis enormiter actis)
Redderet ut gnatis corda benigna Patrum.
Ad quod non bonitas, prudentiaq;, alteri Eliæ
Ipsi, non ullo tempore defuerit.
Vnde Dei Nato plebemq; gregemq; parabit
Instructor, quâ stet parte salutis opus.
At quo argumento noscam istud, quando seni uxor
Decrepito sterilis, factaq; mî sit anus?
En ego, qui Domino Gabriel Archangelus adsto,
Tristia pro lætis, nuncius ista fero:
Mutus eris, donec nascatur pusio vester:
Faxo, incredulitas hæc tibi damna ferat.
Mutus it ad populum, mutusq; revertitur intùs,
Dum peragat sumtæ tempora certa vicis.

Elizabetha uterum, conceptu læta, recondit
Menses quinq; : alijs quattuor, inde parit,
Non sine lætitia cognatæ stirpis, & orbis
Totius, in quo sit prodromus ille duci:
Quem bene sentit, adhuc maternâ clausus in alvo,
Quem genitus genitum servus honorat Herũ,
Esse Deiq; Agnum, tollentem crimina Mundi
Monstrat & obsignat sanguine martyrij.
Rursus hic Elogijs à Christo insigniter auctus,
Dicitur è vatum maximus esse choro.
Hi quia venturum Messiam vaticinantur,
Præsentem hic digito monstrat adesse suo.
Fine prophetarum, legis tum Moseos usq; ad
Baptistam ducto : teste Iohanne quidem,
Luminis exortu mundano in carcere, lux est
Messiâ Christo, cœlitùs orta Pijs.
Prolis adoptivæ pariter concessa potestas
Non ex sanguinibus, sed bonitate Dei.
Quæ generi humano prælarga apparuit hinc, quòd
Cœlicus ingenti motus amore pater,
Miserit Vnigenam cœli de sedibus : omnis
Vt credens in eum vivat, & astra ferat.

XIII. MIRACVLORVM MESsiæ Doctori propriorum.

CHRISTE IESV, mens IEHOVAE
Patris, icon, Vngena, FAEMI-

FAEMINAE SEMEN *beatum,*
ABRAHAE *genus ſacrum,*
Virginis SILO *pudicæ,*
Gentium expectatio,
STELLA *de domo* IACOBI,
Virga ſtirpis Iſrahel:
MAGNE *doctor &* PROPHETA:
GNATE *rexq; Davidis:*
E ſacro CONCEPTE *flatu,*
Et ſate Alma, EMANVEL:
PVSIO, FILIQ; *nobis*
Nate, nobis tradite:
GERMEN *ô* IVSTVM DAVIDIS,
IOVA *iuſtitotius:*
DAVIDIDES *Bethlehema*
Civitate patriâ;
Tu creator, ſingulorum,
Conditorq; ſæculi,
Ante ſæcla perſtitiſti
Semper increabilis:
Par DEO *patri, coævus*
Vtriuſque Flamini,
Per quod incarnatus alvo
Virginis, teſte Angelo, &
Nomen imponente IESV
Soſpitatoris tibi

Antè, homo DEVSQ; verus
Quàm fores mundo satus.
Maximæ LEGATIONIS
Gabriel Archangelus,
Dia fortitudo, visit
Nazaretham cœlitùs,
Et modum CONCEPTIONIS
Pandit: ALMAE nuncius.
Rem novam, nec antè visam,
Sed nec auditam priùs,
Nec videndam aut audiendam
Posterorum posteris:
FOETA FOETAM ANVM revisit
VIRGO, cognata insuper.
Huius ad vocem loquelæ,
Gestit infans illius,
Et DVCEM MILES SALVTAT,
Matris alvi PLAVSIBVS:
PRODROMVS planans eremi
Dum VIAM & PLEBEM PARET.
ELZABETH vates MARIAM,
Nuncio quæ credidit,
Esse CONFIRMAT BEATAM
FAEMINIS PRAE SINGVLIS:
AVRE CONCEPTVM fideli
MESSIAM quòd PROFERET.

EDITVR

EDITVR BAPTISTA *matre*
Exanu: ZACHARIAS
AEDE *sacra* MVTVS EXIT,
Nuncianti incredulus:
Bis quaterna GNATVS *ipsi*
Luce CIRCVMCIDITVR:
Scribit, & NOMEN IOANNIS
Filio imponit pater,
Gratiosum quem futurum
Scit DEO *& mortalibus:*
Prolocutus, EDIT HYMNVM
Competentem PRODROMO:
CHRISTE TE ANGELI, BETHLAE ORTVM,
NVNCIANT *pastoribus:*
CAESAR AVGVSTVS *per* ORBEM
Tunc RECENSET *subditos,*
Quum viderent & notarent
Signa eum miraculis.
Vrbis IN *sacræ sacrata*
AEDE, *ad Aram* SISTERIS,
Ac ibi A MATRE EXOLVTVS,
SIMEONI PANGERIS
GLORIA ISRAEL *utriusq;*,
LVMEN *illud* GENTIVM,
Quo MAGI *stellam secuti,*
Mœnia INTRANT IERSALEM,

Ac ibi te non reperto
Rege Iudææ novo,
IN BETHLA *inventum* SALVTANT,
EXCOLVNTQ; *supplices:*
Idq3, quod prompsêre gazis
TRIPLICI TRES MVNERE,
Seu notâ subindicante
Maximum mysterion:
REGIS, AVRO: THVRE, MYSTAE,
MYRRHA, *humandi post necem.*
Exiens Herodis enses
Ipse, PRAEMITTIS PATRI
COELICO AGMEN INNOCENTVM,
Quos tyrannis barbara,
Turbo ceu rosas comantes
Vere primo, sustulit.
EXVL *in regno Canopi,*
Exigis SEPTENNIVM,
Mortuoq3 Herode, sceptra
Qui reliquit filio,
EVOCARIS NAZARETHAM,
NAZARENVS *nomine.*
Mira pusio tenellus,
Mira adultus efficis,
Quæ latent, aut explicantur
Conscijs cum testibus,

A tuæ SENO BIS *anno*
Vitæ ad usq; terminum:
IN DOMO DEI *repertus*
Anxijs parentibus,
ASSIDES, PVER *tenellus,*
Et sacris DOCTORIBVS,
Hîcq; REBVS OCCVPARIS
Cœlici PATRIS *tui.*
Interim BAPTISTA *callem*
PRAEVIVS *parat tibi.*
Singulis præscribit aptum
POENITENTIAE *modum,*
Esse clamitans propinquum
Credulis REGNVM DEI.
Vniversos BETHSABARAE
TINGIT, *&*, LEGATIO
Deferat sibi quid, audit:
Sed NEGAT SE MESSIAM,
Cuius ad MINISTER, *&* VOX
Sola clamat per loca:
Vt tibi VIAE PARENTVR
Atq; plebes MESSIAE,
Qui LAVAS FLATVQ; *& igne*
POENITENTES *criminum:*
Qui DEI AGNVS *expiabis*
Quasq; Mundi noxias.

Qualis OSTENSVS IOANNI,
TINGERIS IORDAN VADO:
PATRIS *hîc* INAVGVRARIS
VOCE DOCTOR, *omnium*
GNATVS & DILECTVS, AVRA
Alite OBTECTVS *caput.*
LOTVS IN DESERTA TENDIS,
Spirituvé duceris,
Et PROBARIS *impetitus*
Triplici tentamine.
Tam FAMIS, FASTVS & *aſtûs,*
Quàm lue IDOLATRIAE.
Enſe Verbi victus à te,
SATANAS *hoſtis* FVGIT;
ANGELI *ſed mox* MINISTRI
Sunt tibi præſto impigri,
Dum tuus PRAECESSOR *ille*
Audientes præparat,
MILITES IS CVM TELONIS
Edocens REDARGVIT,
DATÓ; DISCENTES MAGISTRO
E ſuâ tibi ſcholâ,
Cum quibus maiore fructu
Seminata demetas.
Nunciari incarcerato
Geſta demandas tua,

Per qua

Per qua MESSIAS *proberis*
Visa & audita omnibus,
PRAECO *quem confessus est te,*
Proprio ostensum indice.
PRAEDICATIONIS *almæ*
Munus incoas tuum,
Ille dum truncatus atro
Carcere Herodis, cadit,
Ac tibi CURSU *sub ipso,*
Rità TRADIT LAMPADA.
ELIGIS, *ter convocando*
Ipse SENOS BIS *viros,*
Sive COLLEGAS *sacrato*
In docendi munere:
Qui tuo fruges in agro
Copiosas demetant.
SEPTIES DENOS SCHOLARCHA
ORBIS, *allectos tibi*
Ante te PRAEMITTIS: *ipsos*
Ast adinstruis priùs,
Quæ docerent, quos notarent
Sordis excussæ pedum.
Nave patris derelicta,
TE SECUNTUR QUATTUOR:
Te domi exceptum, TELONES
Esse desinit LEVI,

Pœnitentibus benignum
Insequens, iustum reu.
Qualis è domo Simonis
Magna PECCATRIX *abit:*
Iusta, felix, absoluta:
Ceu SAMARITIS *quoq;,*
Aut ADVLTERA *actu in ipso*
Deprehensa criminis:
Cæteris aut publicanis
Ille ZACHAEVS *sodes,*
Additusq; patris idem
Abrahami filijs:
Sontibus cunctis sequendus
Pœnitentiæ statu.
Omnibus præscribis aptam
*Com*PRECANDI FORMVLAM
In poli patre invocando
Sub necessitatibus
Universis ad medelam
Mentis atq; corporis.
Inde Discentes Magister
Præparas domi & foris,
Ad PRECES, *& ad* LABORES
Sustinendos in cruce
Perferendâ, sub palæstris
Plurimi certaminis.

Mox BEATITVDINVM OCTO
CLASSIS *instructa ut foret*
SIGNAQ; OCTO *contineret*
In luem mundi & stygis,
Fortibus depræliandam
Prælijs, Dux perfidis.
Vis, tui sequantur omnes
ASPIDVM PRVDENTIA*m:*
SIMPLICES *sint, ceu* COLVMBAE,
MORIBVSQ; LVCEANT,
Et GREGI *sint* SANCTITATIS
Totius pro FORMVLA:
Vis, VIA*m tradant* SALVTIS
Idq, Hebræis primitùs,
Stirpe quorum de vetustâ
Procreatus, veneris,
A Parente missus Orbi
SOSPITATOR *unicus.*
Id, FIDE LVCTATA *multum*
Audit à te FAEMINA,
Quæ frui micis catelli
Ex herili mensâ, avet,
Pane vesci filiorum
Si minùs detur sibi.
Prædicas cœleste regnum,
POENITENTIA*m doces*

Nunc in alto monte, planis
Nunc locis & herbidis:
Nunc mari terrâq3, vastis
Nunc eremi finibus.
Pervigil sudas & alges,
Esuris quoq3 & sitis.
Nocte tota oras, diebus
Elaboras omnibus:
Gentis humanæ salutem
Executus, provehis,
Cœlicus DOCTOR PIORVM,
PESTIS *ipsa es* DAEMONVM,
Sive surdi, sive muti,
Sive utrumq3 conforent:
In sues missi lutosos,
Seu sepulchris abditi.
Quam legis PROPHETIAM *in te,*
Dicis impleri hoc die.
LECTOR *ac* INTERPRES *altus*
Mosis & Vatum libri,
Omniumq3 oraculorum
De futuro Messia.
Lege terres, & molestas
Lege CONSCIENTIAM,
Ac eandem voce læta
Recreas Evangeli.

Dogmatiq3

Dogmatisq; sacrosancti
SCITA signis comprobas:
E quibus primum fit id, quo
VNDA TRANSIT IN MERVM,
Pauperis quod das Canei
LARGVS HOSPES, nuptijs,
Et tuos facis sodales
Credere in te Messiam.
Ejcis Templo SIMONES,
Institoresq; exigis,
AESq; NVMVLARIORVM
Vertis effusum solo.
Sufficis PRAESENS & ABSENS
Sanitatem plurimis:
Esse cœlicum medentem
Te probas SOCRVS PETRI:
Vt reliqui transeantur:
REGVLVS cum Filio, &
Servulus CENTVRIOnis,
Cuius extollis fidem,
Quâ vir ethnicus nepotes
Vincat omni in Israhel.
GENTIVM VOCATIOnem
Insecuturam notas,
Insuper SAMARITAni
Gratitudinem vehis:

Quam NOVEM LEPROSI *apellæ*
Præstitissent haud tibi,
Nec tuo patri IEHOVAE
Reddidissent GLORIAM.
Proh, scelus grave, & supernum
In parentem, perfrequens:
Verbulo LEPRAM *repurgas:*
CLAVDI *ut incedant, facis.*
VISVM, *&* AVDITVM *potenti*
REDDIS *in* VOCE *&* MANV.
PAVPERES *evangelizas,*
MORTVI *ut surgant, facis*
ORPHANVS *tàm* NAIMENSIS
Quàm IAIRI FILIA,
Aut olens, RESVSCITATVS
LAZARVS, *quales erant:*
A tuo potente verbo
Redditi vitæ novæ.
Turbidum placas ut AEQVOR,
Sic per illud ambulas:
Sed Petrum illo mersitantem
Extrahis tuâ manu,
Qui FABER CVSTOSQ; RERVM,
Cuncta solus efficis.
PANE QVINO, PISCE BINO
QVINQ; PASCIS MILLIA:

Colligi

Colligi FRAGMENTA *mandas*
Ter quaternis corbibus.
PANIBVS SEPTEM *deinceps*
BIS DVO EXPLES MILLIA.
TRANSFIGVRARIS, *locutus*
Paſsione de tua
Cum Moiſe, cumq; Eliâ
MONTE *in alto* THABORIS,
Vult ubi manendo Petrus
Tres TABERNAS *figere,*
Cùm PATRIS *vox rurſus alta*
Aſſerit te Filium,
Et tibi cunctos magiſtro
Vult obedire unico.
Quos apertè ſeu PARABLA
Multiformi adinſtruis:
Qualis illa MARGARITAE,
Et TALENTI *eſt creditI,*
VIRGINVM *aut* DECEM, SINAPIS,
VINEAE, IACTI IN SOLVM
QVADRIFORME, *germinantis*
Parte at unâ, SEMINIS.
Iam, TYPIS EXEMPLA *ſubdis*
NICODEMO, *& cæteris,*
De renaſcendo per almi
Lotionem ſpiritûs

Et VIA

Et VIA *partæ* SALVTIS
Te per unicum pijs.
Approbas CONFESSIO*nem*
Et PETRI, *&* MARTHAE *hoſpitæ,*
Et tuam prædicis ultrò
PASSIO*nem cum nece*
Ac RESVSCITATIO*nem*
Conditis lætiſſimam.
QVAESTIONES CAPTIOSAS
Solvis argutiſſimè:
Dicis haud futura ſæclo
Altero CONNVBIA.
DANDA *vis* DEO SVA *almo,*
CAESARI *magno* SVA.
Inde Scribas ſciſcitaris
De futuro Meſſia:
De IOANNIS LOTIO*ne.*
FATA IERSALEM *canis,*
*Fleſq́, VISITATIO*nis*
Quòd ſuæ ignoret diem.
PVBLICANVS *pœnitendo,*
PHARISAEVS *inſolens,*
Ac precando faſtuoſus,
Ille iuſtus, hic reus:
Vt tibi confidat uni
Quiſq́, diffidat ſibi,

PISTICA *ut* NARDVS *te inungat,*
Fers. sepulturam in tui:
Reprimis MVRMVR *remordens*
Hoc OPVS LAVDABILE, *&*
Fœminâ cum autore, toto
Orbe commendabile.
Ierſalem means ASELLA,
Terga iumenti premis,
MITIS *& ſtratis tuorum*
Veſtibus REX *inſides:*
His VIAM, *& palmis coronant,*
Prævij ſuo duci:
Aſt HEBRAEORVM PVSILLI
Lætum OSANNA PERSONANT,
Expetuntq́;, PROSFER ADSIS
IN DEI ALMO NOMINE,
REXq́; *inaugureris idem*
ISRAHELIS *totius.*
INVIDENT *tantos honores*
AEMVLI, *graves tibi,*
Hos refutas voce Pſalmi,
Sed Fidem illorum probas:
Sic PROPHETA *apparaturum*
Te canit ZACHARIAS:
MOX CAIPHAS *auguratur,*
Expediréq́; aſſerit:

Vnus ut pro gente totâ,
CHRISTE, *tradaris neci,*
PONTIFEX *periclitetur*
Ne quid, & SYNEDRION.
Ergo rebus consulendo,
Et datis honoribus,
Atq; consultando multum,
Morte tractant de tuâ,
Antequam præoccupentur
Luce festâ Paschatos:
Quo VETVSTVM PASCHA *finis,*
Et NOVVM *tunc incoas:*
Cedat ut PASCHALIS AGNVS,
Sufficis COENAm *tuis,*
Quâ, tuo pasti cruore,
Et refecti corpore,
Indies fruantur ipso
Te, tuam per gratiam,
Ac recordentur tuorum
Actione hac, munerum:
In Fide, Spe, Charitate,
Roborati plurimum.
Vnus è tuis IÜDAS,
Dæmoni addictus truci;
FVR *prius, iam fit Magistri*
PRODITOR *nequissimus,*

Quòd suam Scribis opellam
Aere vili addixerit.
CVNCTA *tu* NOSCENS, *rescisci*
Hoc, & indicas tuis,
Et, petis, prodendus, hortum
Proditori cognitum:
HINC SALVS *reis ut iret,*
VNDE CVLPA *fluxerit.*
Vniversis execrandam
Rem, probandam nemini,
A tuo sic tradi amico,
PACIS *ac per* OSCVLVM?
Ipsus exprobras quod illi,
Dùm capi ultrò sustines.
Vis, tuos sinant abire
Liberos: sed vinculis
Te ligent, ducantq; solum,
Quò velint, aut res ferat:
Vnde captivaris insons,
Et ligatus duceris
Nunc ad ANNAN *&* CAIPHAM,
Nunc ab hoc ad Pontium,
Qui fatetur te innocentem,
Cui reus tunc sisteris
A Sacerdotum chorago,
Et patrum Synedrio:

Nunc ad Herodem ab illo
Mitteris, ceu ludio
Dum remitteris Pilato,
Tectus albâ sindone:
VULPIS & LEAENA *iunctim*
Pelle ludunt de tua.
Te cruentatum flagellis
Monstrat è Prætorio:
EN HOMO, *dicit Pilatus.*
Triste, proh, spectaculum.
SPINEAM *gestas* CORONAM,
Fronte sparsâ sanguine:
Quem furens clamore magno
Gens Hebræorum sitit,
Ac eum luisse poscit
Ipsa cum nepotibus:
PRAESES *assentitur, & te*
DAMNAT *illi in gratiam.*
Ergo tractaris misellus
VERMIS, & LVDIBRIVM:
Vrbe ligneam crucem effers,
Ducerisq; in GOLGATA:
Figeris cruci, latrones
Inter eminentior.
IESVS *esse* NAZARENVS,
REX EBRAEVS *insuper*

Scriberis

Scriberis nota trilingui,
Præsidis tamen manu:
Hoc eidem suggerente
Spiritûs aurâ sacri.
In siti, potas aceti,
Felle mixto, SPONGIA *m:*
CVNCTA CONSVMMATA *per te*
Esse dicis unicum
Immolatione sancti
Corporis tui in cruce.
VERBA SEPTEM *prolocutus*
Antè, rebus de tuis
Et tuæ matris, Parenti
Tradis almo spiritum,
Quando dextrorsùm reclinas
Ipse tabidum caput.
Conditorem te universa
FLENT CREATA *mortuum:*
VELA TEMPLI SCISSA *pendent:*
Obtegit NOX *omnia.*
Excitantur de sepulchris
MORTVORVM CORPORA.
MILES *en* LONGINVS *hasta*
Transigit tibi latus,
Quo CRVOR *remissus* VNDA,
Profluit largissimè:

Orbis

Orbis ut REDEMTIONI, &
LOTIONI *serviat.*
Est IÖSEPHVS *sodalis*
Nicodemo nobilis,
Ac DECVRIO *celebris*
Ex SENATOR*um ordine*
Principi viro, iugatur
Corporis curâ tui.
A Pilato id impetratam
Tollit è palo crucis,
Ac inungit obvolutum
Puriori sindone,
Et petræ busto recenti
Conditum, munit bene:
Præses imponit sed illi
MILITVM CVSTODIAM,
Quæ vetaret ac fugaret
Furta, seu vim quamlibet
Clàm sibi in te subtrahendo
Gloriâ pro perpeti.
Territi visis stupendis
Miles, & CENTVRIO,
Te DEI *fuisse verum*
Confitetur filium,
Id tamen corruptus auro,
Palliat mendacio.

Inter hæc die resurgis
Tertiâ de mortuis,
SATANAEQ; GLORIOSVS
VICTOR, & FRACTOR NECIS,
Ac TRIVMPHATOR GEHENNAE
Maximus reverteris.
ANGELI *tribus Marijs*
Nunciant id primitùs:
Hæ dein Petro & Ioanni
Cum reliquis fratribus:
Non es inventus sed ipsis
In sepulchri fornice.
Te resurrexisse primùm
MAGDALENA *conspicit,*
Hauriens FRATERNITATIS
Mutuæ vocem tuam,
Cùm sibi pedum negato
Osculo sic præcipis:
Fratribus renunciatum
Vade dictis talibus:
Ad MEVM & VESTRVM *parentem,*
Ad meum & vestrum DEVM
Scandero: PRAECESSOR *& iam*
In GALILLAEAM *ivero.*
Iungeris COMES *duobus,*
Sermo de te quis fuit.

His REDVX VITAE deinceps,
Pane fracto, noscéris,
Et fore occlusâ penetras,
Et revisis cæteros.
QVARTA BIS LVX congregatos
Invicem tuos tenet,
Dum THOMAS adesset unà
Clausus unis ædibus,
Hunc, foret quòd INFIDELIS,
Reprehensum sustines;
Ac sinis palpare cuncta
VVLNERVM VESTIGIA,
Admonesq; sit FIDELIS
Credulusvé in posterum:
Esse confirmas beatos,
Qui haud videndo, crederent.
In fidem tuæ receptus
Gratiæ THOMAS sacer
CONFITETVR esse verum
TE DEVM ac HERVM sibi:
VERITAS hinc constat OMNIS
Reddito de te tuis.
Qualis est hæc sive visu,
Sive tactu cognita,
Sive MELlis esu, & assi
PISCIS ad littus marin:

Quò resurrexisse cuncti
Te sciant ac prædicent.
Per QVADRAGINTA DIERVM
Tempus IN VITAM REDVX,
DOCTOR *es fidus tuorum,*
FRATER *es fraterrimus:*
Arguis cervice duros,
Pertinaces increpas.
Insuper MANDATA VITAE
Das, tuumq; spiritum,
Et sacrum BAPTISMA *firmas*
Trinitatis nomine:
At DEI *unius,* PARENTIS,
FILII, AVRAE, *numine:*
Vis, in oras universi
Mundi eant APOSTOLI,
Et tibi resuscitato
Testimonium ferant,
Cum Fide vera docentes
LOTIONEM *cœlicam:*
Vt piam REMISSIONEM
Consequantur CRIMINVM
Filiali ADOPTIONE,
Et salute perpeti:
Fonte loti sacrosancto
Singuli fidelium,

ASTRA scandis in triumpho
Omnium augustissimo,
Et trahens captivitatem,
DONA das mortalibus:
Huc redibis inde Iudex,
Ceû DVO ANGELI astruunt.
CHRISTE da, tunc sentiamus
Te patrem pro iudice,
Et tuam vocem hauriamus
Hanc: ADESTE vos mei,
Possidete regna mecum
Sæculo perenni. AMEN.

XIIII. EMANVELIS BENEficiorum.

COEli sator, lucis dator, rex omnium
Terrâ mariq3, finium,
Spes derelictorum, salus, & anchora
Fidem tuam poscentium:
Iesu, fideles asseclas dux assere,
Et sume vota supplicum,
Quæ sumis audita, & benignè perficis,
Cunctos ubi unus respicis,
Ac invocantes eripis de cladibus,
Et hostium tyrannide,

Quos præpotenti subiugatos dexterâ
Vindex & ultor, dissipas:
Ne plus queant tuis nocere, quàm sinas,
Aut prosit ipsorum cruci,
Secura nêu gerant quietis pectora,
Nêu torpeant vecordia;
A te sed unico salutis vindice
Indesinenter pendeant:
Vt hîc sacer quibus sequester factus es,
Piacularuq́ hostia,
Sis frater istîc, sis redemtor unicus,
Obses, patronus, pontifex,
Qui sempiternus patris æterni λόγος,
Assumseras carnem Deus,
Quâ passus insons, sontibus placaveras
Tuum parentem cœlicum,
Ex hoste quem nobis amicum feceras
Adoptione filijs.
Innoxius dissolveras obnoxijs
Culpas & omne debitum.
Tu non sinens mortale ad extremum genus
Vi, astuq́ perire dæmonis,
Astum retundis arte, vim vi destruis:
Morbos fugas, lapsus levas.
Mortis ministrum destruis, ne ius sibi,
Quod proprium tibi, arroget:

At is superbiens nimis, dum tolleret
Os dexteramq3 in te, & tuos,
Os impudens, dextram scelesti perfidam
Frangis, pariq3 par refers.
Tu deditos tibi eruens ab ipsius
Vi complicum nefariâ,
Caput colubro lividum vaferrimo
Sic diminutum conteris,
Vt colla fractus, sibilet tantummodò,
Ictu venenato haud necet:
Quòd si necet quos, à nece hos resuscites
Semen beatum Fœminæ. Semen mulie: Gen. 3.
Et Abrahæ *sancti* genus *sanctissimũ*, Semen Abrahæ. Ib: 12.
Et quo beentur singuli
Fidelium utriusq3 sexûs, invicem
Totum per orbem, dissiti:
Quicunq3 in expansum crucis trabe, aspidẽ
Oculo Fidei te aspexerint,
Cui prætulit typum ille serpens æneus, Serpens æneus. Num: 21.
Quem Moises erexerat. Ioan: 3.
Quòd enim genus mortale lapsu de gravi
Rursus potuit consurgere,
Quòd perditum primi parentis crimine,
Sit restitutum Iehovæ,
Quòd pristinum decus, statumq3 receperit,
Id omne muneris tui est,

Qui

Qui perditis salutifer, iustus reis,
Et vita mortuis ades:
Abes tamen ætatum ultimâ, mundo datus AEtas mundi.
Medela, lux, & victima: Emanuel
Ades, satus virtute sancti spiritus, Isa. 7.
Emanuel, *in Virgine.* DEVS nobiscum Matth. 1.
Hæc, aure concepto te, in auras q; édito, Rubus Mosi.
Intaminata permanet. Exod. 3.
Sic ardet, at nil deflagrat Mosis rubus,
Matris tuæ verax typus.
Sic flore, Aronis virga *fert amygda-* Virga Aron.
Necenvé vulpibus stygis. (*lum,* Num. 17.
Sic Gideonis vellus *æret humidum* Vellus Gedeo.
Sic arida humet area. Iudd. 6.
Sic Stella Iacob *Solem parit; nec infi-* Stella Iacob.
Sol caumate iniecto vitrum, (*cit* Num. 24.
Qualis tenebras lux fugas, & Hesperum
Ortus serenas Lucifer,
Qui sponsus exiens thoro, præs choro, Psal. 19.
Ornas domum, fulcis thronum.
Quo splendicans, totus recumbis gemmeus,
Ecclesiæq; nymphius.
Hanc protegis custos, gigas, altor, sodes,
Et hospes optatissimus
Cum copiâ rerumq; inenarrabili,
Ac dote inæstimabili.

Servas eam: tot tantaq3 inter noxia
Omni loco, die, statu.
Munis eam probè duces per Angelos,
Commilitonesq3 impigros:
Illi canunt nato tibi genethlia,
Victoriam, soteria.
Dum gloriam summo parenti deferunt, Hymnus Angg. Lucæ 2.
Terrisq3 pacem nunciant.
Quæ firma utringq3, te perennat auspice,
Fideiumq3 vindice.
Dei es, *sine matre, patris, atq3 virginis,*
Sine patre, matris filius:
Quæ virga de trunco virens Dævidico,
Radixvé Iesse floruit: Radix Iesse. Isaiæ 11.
Promissionis exitu seu temporis,
In Bethlehema *nasceris.* Bethlehem. Mich. 5.
In panis urbe, pacis orbe vesceris,
Vitæ cibus, mortis bolus. Matt. 2.
Salve Patrum spes, Israhelis gloria,
Et lumen ortum gentibus,
Desideriumq3 eis fidele plurimùm
Et iugis expectatio.
Salve sacris desiderate regibus,
Optateq3 votis omnibus:
Ab Angelis annunciate cœlitùs,
In gaudium pastoribus:

Quod

Quod orbis implevit rotundi climata
Et nationes singulas.
Salve ter & quater, superne pusio, Puer & Filius. Esaiæ 7.
Nobis sa'e, & nobis date,
Qui triplicem mundum pugillo sustines
Præsepis in arcti stragulis.
Huîc advoluti nos quoq; osculum figimus
Pastoribus cum vilibus.
Tibi cum Magis litamus aurum dogmatis Magi. Matt 2.
Puri, damusq; thus precis,
Myrrhamq; sacramus crucis subasperæ
In sortis & mortis statu.
Dolemus illam nunc (dolebimus magis
Hanc & feremus postmodùm)
Quod caricem habes pro culcitra, brutum pecus
Habes satellitum vice:
Quòd obtines haram vilis casæ, loco
Aulæ, domusvé regiæ.
Inops, tenerq; stringeris brumæ gelu:
Alges nive ac vento obsitus.
Stat nilminus menti tuæ sententia
Mortale ditandi genus.
Bonis quidem cœlestibus, quæ gaudio Fructus nativitatis.
Seu pace const int pectorum:
Quæ conscientijs quietem conferunt,
Et mentibus solatium.

Es sospitator gentis humanæ unicus, Sospitator.
Servator insuper pius
Tum sorte prædurâ nimis, tum maximâ
Crucis prælatæ infamiâ,
Quò sic obedientiâ tuo patri
Iuxta æquitatem præstitâ,
Nos sempiternâ vindicares à nece,
Ira Iehovæ, *Orci face,*
Civesq; redderes polari patriæ
Consortiové cœlitum,
Ac in Parentis gratiam reponeres
Tuam per indulgentiam,
Quæ temperamento salutari illius
Severitatem mitiget:
Vt te sequestro parti utriq; congruo,
Concedat illi protinùs.
Hinc redditi vitæ, cohæredes tui,
Hæreditatem adibimus
Regni polorum, quando partam habebimus
Tuo salutem munere.
Fuso piabis universa sanguine
Totius orbis crimina,
Cuius piacularis ipse victima, Agnus DEI. Ioan. 3.
Cæsusq; Dei Agnus concides,
Iustusq; iustos è reis facies tibi Iustificator. Rom. 4.
Hero fideles servulos:
Resuscitatus

Resuscitatusq3 atq3 Patris redditus — Gal: 2. Dextera Dei. Matt: 16.
Tam dexteræ, quàm gloriæ.
Feres in universa summum condita
Ius sempiternis fascibus:
Vt rex celebreris triumpho perpeti,
Fremitusq3 secundo plausuum,
Idq3 ore grato, corde fido, & osculo
Subiectionis debitæ.
Qui in tuo natali alacris non ovet?
Non plaudat & non gestiat?
Non gestiat præ gaudio, & plaudat manus
Complosione duplicis.
In hoc sibi postquam negocio Angelos
Exempla linquere audiat?
Hymno præeunt mortalibus cœlestium — Hymnus Angg. Lucæ 2.
Exercitus prælucidi,
Et dant in excelsis Iehovæ gloriam,
Terrisq3 pacem nunciant.
Idem sequi, præstare idem nos effice
Tranquillitatis in statu.
Da velle nobis, posse nobis commodum — Velle & posse.
Ad id, satisvé idoneum.
Vtrumq3 languidum experimur indies,
Raroq3 consentaneum:
Sed quod tuo gratum & ratũ sit nomine,
Tuo absolutum numine.

Fac, simus in te corpus unum unâ fide,
Vno lavacri gurgite,
Tu qualis unum, idemq; cum Patre, & sacro
Perennè duras, flamine.
Es pacis autor, unio concordiæ, Autor custosq; pacis. Ioan: 14. 1. Cor: 14.
Pacisq; homo, pacis Deus.
Partâ quiete, natus, orbi subvenis:
Quiete remigrans, consulis.
Legem tuam, vocem tuam cultoribus
Tuis sequendam præcipis:
Vt invicem se diligant, & mutuo
Amore pacem exerceant.
Pax expetenda semper est concordibus, Pax Christiana.
Pax Christianos addecet.
Livor, simultas, ultio, discordia, Antichristiani.
Satanæ ministros arguunt,
Qui complices sint Antichristi plurimis
Abominationibus:
Qui plurimos effæminatorum gregis
Hypocritarumq; agminis
Secum in Gehennam pertrahunt molli viâ Lata via & stricta. Matt: 7.
Et irrevocabili gradu.
Quod scire, quod vitare da discentibus,
Magister, autor, dux, comes.
Magister institutionibus sacris:
Autor, fideli dogmate:

Dux

Dux, in salute consequenda prælio:
Comes, in laborum præmio.
Depræliandum est quomodo illud fortiter:
Sic hoc sequendum gnaviter,
Donec resolvi hoc iusseris nos corpore,
Iudex vel huc rediveris. Mors. Iudicium.
Tunc sis bonus tuis, Redemtor es quibus, Mat. 26.
Hac luce natus, & datus,
Quam semper optatissimã & faustissimam
Ortu, medio, exitu, incoes:
Vt dæmonum victor furores reprimas,
Ab omnibus nos eruas
Domesticisq; publicisq; cladibus,
Et liberes ex hostibus.
Fac, simplices, æqui tenaces, & boni,
Te digna simus portio,
Qui massa nostri corporis, nostræ caro
Substantiæ, nostrum es genus,
Quod apprehendisti obstupescendo magis,
Quam scisscitando fœdere:
Quod patris in sublime vectum, dexterâ,
Regnare tecum perfice:
Tecum facis sceptro potiri perpete,
Regnove finis nescio.
Tu frater es noster: tui fratres quoq; Fraternitas. Ioan. 20.
Nos, & cohæredes sumus.

Hæc certamentibus pijs solatia
Spem confovent certissimam,
Et sortis vtriusq3, præsentissimum
Mali levamen totius.
Crux nil pijs incommodat, Christo du- Crux:
Sors niaendclus aut aspera. (ce: Sors utraque Christianorum.
Quos is redemis, hos iuvabit subditos Redemtor & liberator.
Fideq3 adhærentes sibi:
Hos liberabit è manu tyrannica,
Et diritate pestium.
Evincit, & triumphat in membris Caput
Quantumlibet imbecillibus,
Regnatq3 stratis præpotenter hostibus,
Quos edomat sibi & suis.
Fit æmulis, fit perfidus, vultuq3 trux
Et corde inexorabilis:
Resistit autem utrisq3, durum, pergrave,
Severum & implacabile.
Ac ut sit, aures claudit: ora & lumina
Impœnitentibus sua
Avertit: hæc illasq3, rursùm his cõmodat,
Qui pœnitent reatuum.
Vides? ut ante bruta vagiat Puer,
Pastoribusq3 arrideat?
Suffert rudes, crudos feris excessibus Pœnitentia.
Ad pœnitentiam vocat.

Hanc

Hanc innuit frontis serenatæ statu:
Compensat indulgentiâ,
Quam præstat, invocatus à fidelibus
Sui patris cultoribus,
Donat quibus remissionem criminum
Omnesq; culpas sordium.
Si bruta cum pastoribus non reiecit
A se colendo debitè,
Ac sublevando parte & arte qualibet
Necessitatis tempore,
Nec nos rapellet advolutos cunulis,
Nec vota nostra respuet:
Quæ grata sumens, haud habebit irrita,
Dum fida erunt, dum seria.
Quòd si qua pravis denegârit actibus,
Suæ dederit clementiæ, Clementia. Amor Dei.
Quam nec solet, nec vult negare oranti-
Ac ex fide sperantibus. (bus,
A singulis amari & excoli cupit
Amans, fovensq; singulos:
Idem bonus nos intuebitur suos,
Et invocantes audiet,
Qui parvulis lactentibusq; haud dispares
Candore, & innocentiâ, Candor & innocentia.
Agnum bidentes arduis sectabimur
Per saxa, per ignes, passibus:

Qui

Qui sanctè ei datam fidem servabimus,
Et proximos amabimus,
Quo, parte maiori sumus superstites,
A morteq; vitæ redditi:
Quo, fracta dæmonū & gehennæ vis perit,
Nobis sato, nobis dato:
Quo, vinculis ab inferorum liberi
A Legis & mortis iugo,
Vita perenni sospites donabimur,
At cœlites beabimur.
Emanuelis *ortu, & occasu stygis,*
Ruit potestas Satanæ:
Aperta verò porta cœli regia
Pios suo sinu excipit,
In quem reponet universos is sui
Cultu probatos debito,
Divinus infans ille patris cœlici,
Almæq; matris ungena:
Qui iustitiâ reos suâ indutos tegit Iustificator.
Adversus iram Iehovæ,
Ipsosq; reducit in Parentis gratiam,
Et gaudiorum gaudia,
Quæ nulla mens sat cogitet, vox efferat,
Nulla auris unquam exhauriat.
Pæana nunc utcunq; gratis cordibus,
Sonisq; lætis dicimus.

Vtinam

Vtinam magis dicamus inter cœlites,
Infantiumvé exercitus,
Quos laureato protomartyri additos,
Et agmini cœlestium,
Patri tuo præmittis, alme pusio:
Sequêris at cum Prodromo:
Præmittis, inquam, & destinas tui patris
Palatio & sacrario,
Sacris ubi aris applicatus, serviat
Festivitate cantuum,
Palmas gerens dextrâ, coronas vertice,
Tibi Dei *Agno prævius:*
Sexûs at utriusq; virginum choro,
Post te secuturo, obvius.
O quanta menti recreatio est piæ,
In te unico acquiescere?
A te triumphos cum trophæis nobiles
Sperare, Iesu *parvule,*
Qui parvulos amas, pusillos protegis
Contra minas, vim, iniuriam:
Contra sophistarũ & tyrannorũ agmina:
Contra inferorum examina.
Infans, dierumq; octo, circumciderís:
Salvator & re, & nomine.
Seno bis anno ætatis, in Templo manes,
Confersq; cum Doctoribus:

Infanticidium. Matt. 2. Stephanus protomartyr Act. 6. & 7.

Apoc. 7.

Circumcisio. Lucæ 2. Salvator. Ann. 12.

Trigesimo

Trigesimo, baptisma suscipis sacrum, An. 30. Baptismus. Matt. 3.
Inauguratus à Patre,
Auraq; confirmatus à spirabili
Doctorem in & Christon *omnibus,*
Quos edoces per te ac tuos, triennio:
At permoves miraculis:
Moti vel his, ut adiungant fidem tuæ
Professioni cœlicæ.
Non vis puellos à tuis complexibus Matt. 21.
Velli, imposita illis dum manu,
Exposcis effici pares per omnia,
Quicunq; avent cœlum ingredi,
Quòd Angeli illorum, parentis cœlici Angeli. Matt. 18.
Ante ora, semper excubent,
Omnivé momento fruantur temporis Fruitio DEI vultus.
Horum intuitu lætissimo.
Puerorum, Osanna suscipis Davidides, Osanna. Matt. 21.
Scribasq; refutas invidos,
Vatis citatâ regij hac prophetia: Psalm. 8.
Ex ore balbo infantium
Trahentiumq; matris uber, perficis
Laudem, æmulosq; conficis.
Et nos tibi illud personamus hoc metro
Exili, & inculto nimis:
Id gratum habe tamen, ratumq; Messia
Nobis sate & nobis date:

Divinitatis

Divinitatis qui tuæ communicas
Per te redemtis gratiam:
Vt succinant tuæ hic & istic Angelis,
Nativitatis gloriam:
Sic cum Deo *Parente, & almo Flamine,*
Decus perenne sit tibi. AMEN.

XV. TESTIMONIORVM DE CHRISTO IESV exhibito.

TEstimoniis coacti cœlicis ac terreis
Filium Dei *esse verâ Christianorum fide,*
Confitemur Christum Iesum, *sospitatorem omnium.*
Angelus qualem futurum nunciavit Virgini,
Quòd sit éditura Mundo Messiã (almo Flamine
Fœta: at illibata Virgo mater Alma & regia)
Qui David patris teneret perpetis sceptri thronum
Atq; regnaret Iacobiq; ac Iudæ in posteros:
Exitus rei quod ipsum comprobavit maximè.
Hunc Ioannes in senili matris alvo, gestibus
Excolit Ducē, ipse cui sit præco, miles, prodromus
Plenus ut Deo *Malachus id futurum dixerat.*
Fœta anus cognatæ honesto gratulatur fœtui,
Et Silo *illi Virginali, Patriarcha quem Iacob,*
Abrahamus inde vidit gestiens præ gaudio

Angelus

Angelus monet Iosephum, Nymphiam curet suam,
Quòd sacræ conceptu ab Auræ sit datura Meßiã
Et parens futura Iësu *Filij Patris* Dei.

Angeli huîc sato Bethlemæ, consciijs pastoribus,
Gloriam dantes Iehovæ, *concinunt genetlia:*
Pace terris nunciatâ Meßiæ dono dati.

Simeon & Anna eundem sacra in æde cognitum,
Prædicant Immanuelem, lumen atq; gentium,
Gloriæ quòd Israhelis, utriusq; fulgeat.

Indice hũc suo Dei *Agnũ mõstrat, & lavat* Iohã,
Audiens vocẽ hãc Parentis: char⁹ hic mî est Fili⁹
Quẽ caput, formâ columbæ, flatu inũbrari videt

Hunc Petro Andreas, Philipp⁹ sed Nathanaeli ait,
Meßiã inventũ, Moises & Prophetæ ut dixerãt,
Christ⁹ *ipse vult Ioanni dicta & acta édi suâ.*

Quem Petrus confeßionis cæterorum nomine
Asserendo confitetur Iehovæ *vivi Vngenam:*
Martha eũ professa, spectat suscitato in Lazaro
Vnde natus ille nobis, éditusq; Imanuel,
Multa parvus, plura adultus geßit atq; pertulit:
Sæpius sudans & algens, actus est dirã in crucem.

Functus, & sepultus idem, visit umbras tartari:
Tertiâ resuscitatus luce, vivus redditur
Fratribus: convictor ipsis per quadraginta dies,

Hincq;

Hincq; ut est cœlo receptus cum triumpho nobili,
Inde sic Iudex, coruscâ nube, cinctus gloria
Huc revertetur deinceps in die novissima.
Testimoniis habentes his fidem certissimis
Angelorum, Apostolorum, sacrosanctæ Ecclesiæ,
Editum non desinamus confiteri Messiam,
Mortuum & resuscitatum, patriáq; dexterâ
Rursus exaltatum eundem, pro salute & gloria
Christianitatis almæ sexu utroq;, totius
Nos adoptione prolem fecit is Deo *Patri,*
Nos piavit, nos beavit restitutos Gratiæ, &
Pristinæ beatitati cœlitum inter ordines.

XVI. PROVIDENTIAE DEI.

Esse Deũ, *qui cuncta videt, q. cuncta gubernat.*
Condita qui servat, quem pia vota movent,
Omnibus ostendit rerum natura: profanos
Effinxisse sibi somnia vana probat,
Ex atomis tanquam trisidus confluxerit orbis,
Et fuerit casu, fortuitove satus.
Impius est plane, sensus communis & expers,
E Verbo, & factis quem latet, esse Deum.
Qui Verbo patefit, factis quoq; trinus & unus
Monstratur: Ratio sana quod ipsa docet:
Ipsa quidem dictat: Totum tribus, omnia trino
A numero absolvi, tradit ut ille Plato,

Qui

Qui non vult arcana metu proferre Lycæo,
Quæ prius è sanctis vatibus hausta bibit:
Quòd vigor ingenij, quòd mentis acumen hebescat,
In res divinas si penetrare velit.
Intellectus ubi fallit, sapientia mergit
Iudicium demens, infatuatq; Sophos:
Ergo Fides placitis innixa Tonantis, eundem
Noscit, & ardenti pectoris igne colit.
Et meritò: siquidem propria sub imagine factum
Ille prior nostrum scitur amâsse genus.
Ipse sui causâ nos finxit, condidit autem
In nostros usus cætera cuncta fator:
Sed nos verbigenæ pietas à morte redemit,
Spiritus inq; bonum sanctificavit opus.
Sola Trias Divina fovet, curatq; creata,
Orbis at asservet non pereuntis opes.
Aspice compagem, peramicaq; fœdera Mundi,
Vt sint harmonicis effigiata modis,
Aspice dispositâ res in statione locatas
Ferri mensuris, ordinibusq; statis.
Stat tellus immota, poli gemino axe rotantur,
Oceanus molem totius ambit humi.
At Deus Ens *summum complectitur omnia solus*
Entia, quæ rerum dividit ordo triplex.
Namq; vel Angelicam ducit sine corpore vitam,
Vel de cœlesti lucida signa globo.

Vltima

Vltima pars etiam mortali corpore degit,
Ac immortali prædita mente, sapit;
Prædita mente, sapit: vitijs nisi demergatur:
Excolit obsequio sed famulante Deum.
Cui cœlum sedes, Genijs est apta ministris,
Terra sed æthereos sustinet ima pedes.
Cœlum summa tenens mundanæ culmina molis
Circuit immoti terrea regna soli:
Circuit assiduis diversos motibus Orbes,
Aether dum stabilem fulcit uterq; polus.
Mobile nam primum, quod sphæras continet octo,
Correptas secum tam violenter agit,
Vt motu verset contraria quæq; diurno,
Cum quibus it concors, & sine lite meat.
Ac nisi repressum contrà tendentibus esset
Orbibus, in terras cogeret ire fretum.
Ac in nictu oculi mundo velociter omni
Emenso, sterilem reddere posset humum:
Reddere posset humum sterilem, viventibus in qua
Nec victus ratio, nec foret ulla quies.
O Deitatis opus mirabile: terra quiescit
Eius ope, at motum cœlicùs ordo facit.
O vastam molem, spacij quæ tempore tanti
Exiguo longas itq;, reditq; vias.
Nonné hæc convincent Epicuri de grege porcos,
Quod regat hoc mundi providus autor opus?

Qui

Qui Rex cœlituum, terrestria curat, Olympi
Regnum dans iustis, at Stygis antra reis.
Non abit his impune scelus vel funere raptis:
Non resipiscentes ultio lenta necat.
Conditor augusto sustentat singula nutu,
Singula qui fecit cunctipotente manu.
Autorem commendat opus, natura Iehovam:
Noscitur at fabrica de sapiente faber.
Cernis? ut absq; basi spacioſa volumina cœli
Consistent? ut radijs, sideribusvé micent?
Hæc gyrantq; globos, & habent cum lumine motum,
Quem certum servant, orbibus acta novem.
Mentibus at nostris influxus provenit illinc:
Felici natis sidere, cuncta favent.
Astra regunt terras, humanaq; fata gubernant,
Vir pius astrorum sed dominator erit:
Vir pius ardenti flectit prece Numinis iram.
Offensum placant mollia verba Deum.
Qui rectis simul & pravis permittit oriri
Successu grato, lumina magna duo,
Qui lucem tribuens Soli, tenebras digna
Rege planetarum, fixit in arce poli.
Hic etiam medius Phœben illustrat amicis
Luminibus, noctem quæ regat, ipse diem.
Dat Deus *exortu Solis, lapsuq;, diurnis,*
Nocturnisq; suas rebus inesse vices.

Auricomus

Auricomus Titan obliqui signa peragrat
Zodiaci, sub quo sena bis astra regit.
Quattuor in partes cursus distinguitur anni:
Momento constat tempus, & hora brevi.
Sol reparat fruges hyberni frigoris aurâ
Extinctas, almus recreat annus agros.
Sol variat totum placidis aspectibus orbem:
Sol Triadem radio, lucis in igne refert.
Fortunam instabilem Lunæ designat imago,
Tempora quæ mutant versicolore globo.
Quando mane rubet, pluvias inducit & imbres,
Clara dies aderit, vespere quando rubet.
Principio crescit, medio coalescit utrinq;
Cornibus, ad finem tota deinde latet:
Qualis compáret multis Rhamnusia: sæpe,
Quos prius evexit, trudit ad ima viros.
Omnia disposuit divina potentia Verbo,
Omnia quæ moderans auget, adaucta fovet.
Vt taceam Genios, & eorum candida castra,
A nobis pellunt in quibus omne malum.
Flammea turba pijs divinitùs addita custos
Hæret ad invictum nocte, die q; latus.
Surgit, in oppositos pugnatq; fideliter hostes,
Militiæ Stygij quos tenet ordo ducis.
Viribus aggressi Genios, cervicibus instant
Nostris, & fallunt segnia corda dolis.

Cœlitùs est illis liquidi concessa potestas
Aëris, hinc torquent fulmina, saxa, faces.
Grandine prosternunt segetes: iumenta procellis,
Absumunt structas sulphuris igne domos.
Hinc venit omne malum reprobis, ultoribus illis:
Dat Deus omne bonũ, quod dat habere bonis.
Hic elementa potens contraria temperat autor,
Inq3 vicem stabili fœdere iuncta fovet.
Humida conciliat siccis, ut corpora iugi
Temperie quævis æstus & humor alant.
Omne fovet vivens, semen conservat eidem
Ex elementorum disparitate, Deus.
Proximus est ignis cœlo, quem frigidus aër,
Et calidus vegetat, dum rigat unda, solum
Aëris extremâ ventos de parte Creator,
Cum nivibus pluvias mittit, & acre gelu.
Eurus ab Aurorâ surgit, nubesq3 serenat,
Occiduo Zephyrus quas niger axe trahit.
At pluvium Boream, mediæ fert clima diei,
Subq3 Noti rabie Mœnalis ora gemit.
His videas cogi nubes, quibus orta nivalis
Cum matutino rore, pruina venit.
Inficitur ventis aër; purgatur at illis,
Corpora nostra premat ne viciosa lues,
Aspiciens in eo fatali crine Cometen,
Iridis ex arcu multa notare queas,

Admo-

Admoneare quibus divini fœderis, &, quòd
Non perdetur aquis mundus, at igne ruet.
Fallor? an ex istis monstrabitur alma Iehovę
Cura, creaturis quâ superesse datur:
At here Chameleonta quidem, sed rore cicadas
Pascit: aqua pisces, aëre nutrit aves
Hinc neq; transcendit littus mare, quamlibet alto
Excipiat fervens flumina vasta sinu.
Flumina, quæ vivis accrescunt fontibus, ortum
Quæ proprium repetunt, fluxibus aucta maris,
Cuî venit à terræ varijs salsedo cavernis,
Et datur à minera proximiore sapor.
Monstra natant in eo, colludunt grandia cete:
Absorbent magnas ventus & unda rates:
Absorbent, valida vi tempestatis oborta,
Dùm rabies Pelagi, dùm furit ira Noti.
Haud retinere potest submersa cadavera Pontus,
Quin ejecta foras, gurgitis ore vomat.
Naufragus interdum medijs servatur in undis,
Enatat in tabulis, auxiliante Deo.
Quo curante, salum servat percussa quotannis
Fœdera, dat nautis insuper inducias.
Dum bis septenis tranquillum stare diebus,
Halcyonesq; solet constituisse vades.
Tunc illas scopulis parvos infigere nidos
Aequoreis, fluctu nil onerante, ferunt.

Tunc magnis tuto sulcatur navibus æquor,
Murmura ventorum tunc rabiosa silent.
Arida stat, cunctis animantibus apta fovendis,
Salq; bonum gignens, cuncta metalla parit.
Cesserunt nobis loca commodiora Theatri
Terrestris, summo sic statuente Deo.
Vt vultu recto, sublimi & mente feramur
In cœlos, sedem cuncta videntis Heri,
In quem sublato viventia lumine sperant:
Quo, capiunt largos, prospiciente, cibos.
Nam simul ac soltâ dextram bonitate recludit,
Mortales alit, & singula bruta cibat.
Germine vestit agros, fœcundat gramine prata
Et montes lignis, frugibus arva replet.
Nosce patrem superum, spectans concredita sulcis
Semina centupli reddere docta vicem.
Hic quibus in tantum benedicit providus altor,
Vt plures multò, quàm numerentur, alant.
Tot frugum non sunt fasces per rura ligati,
Mortales vivos quot vagus orbis habet,
Sufficiente tamen vescuntur pane: catellos
Exaturant micis, furfuribusq; sues.
Nostri sunt montes, silvæ, pomaria, valles,
Vitiferi colles, oppida, rura, casæ.
Omne pecus nobis, pisces, armenta, volucres,
Et cum reptilibus, subijciuntur apes.

In qui-

In quibus apparet solertia tanta, coactis
Arte favis referant ut simulacra Dei,
Ipse sui quoniam multis vestigia rebus
Impressit, per quæ notior esse cupit.
Est in formicis prudentia magna pusillis,
Quæ fugiunt imbres, effugiuntq; famem:
Numinis est donum, medicina salubris in usus
Humanos terræ progenerata sinu.
Numinis est munus, plātas quòd terra, quòd herbas
Gignit, quòd morbis corpora nostra levat.
Felix, qui rerum causas scrutatur, & ipsum
Se noscit, meditans de sapiente Deo,
Qui fabricans hominem Mundū comprêndit in ipso.
Parvus ut hinc mundus quilibet esset homo,
Cœlestis cuî mens, divinæ lucis imago,
Ex Elementorum semine corpus alat.
Cuî quoq; rerum opifex animi cum dotibus amplis,
Attribuat vires nobilitate pares.
Nempe capax ut sit doctrinæ, ac omnis honesti,
Atq; per ingenium ferret in astra caput.
Sit Virtutis amans, vitij sit maximus osor,
Commoda præ damnis ut meliora probet.
Mens immortalis noctesq;, diesq; vagatur,
Quod possunt etiam somnia visa loqui.
Momento cœlum, terras perlustrat, & æquor,
Ac uno migrat per loca cuncta die.

Summa Creatoris numquid sapientia passim,
Semper & à cunctis conspicienda patet?
Corporis effigiem, variæ compaginis artus
Rimari satagens, sedulus ista vide:
Quomodo de centum possis reperire vel unum
Vultibus, effigies in quibus una foret,
Quomodo sit sedes Cor *vitæ, affectibus at fons:*
Pulmones socios follibus epar habet:
Vitales ab eis flatus primordia sumunt
Accipiunt ortus, primitiasvé sui.
Ergo Caput *retinet primas in corpore partes,*
In quod subiectum ius quasi Regis habet.
Fert Consultores emunctæ Naris acumen,
Cum Cerebro *causas qui trutinare solent.*
Occiput adstipulans Fronti *sic tempora rerum*
Discutit, ut scripto singula iure tegat.
Spirituum motus sociantur sensibus imis,
Et Legatorum munus ad instar agunt,
Quos acies Oculi, *quasi Cancellarius armat,*
Instruit & varias orbis adire plagas,
Obsequiumq; sui Regis deferre Monarcham
Ad summum, paret cui mare, terra, polus.
Additur interpres, Vicecancellarius ut sit
Lingua, sui pandens abdita sensa Ducis,
Nervorum celeri tractu quia promit in auras,
Verba repercussis percipienda sonis.

At tu-

At tunicas oculi lambit cristallinus humor,
Quas lux illustrat, puppula fida tegit.
Talibus ornatur, veluti Diadematis auro,
Mitre, Creatoris quod viget arte, caput.
Qui tribuit vires varias, qui prospicit illi
Subdens ipsius membra satellitio.
Armatæ per sceptra Manus, *gladiumq́, sceleſtos*
Esse cohercendos vi potiore, monent,
Vtile consilium, virtutis præmia quos nil
A vitijs tractos ad benefacta movent.
Adde, manus Ori portant alimenta, sed ore
Ventri defertur, Ventriculoq́; *cibus.*
Denotat ille ducis Cameram communis, & omnes,
Quas capit, ut reliquis distribuantur, opes.
Digerit ille cibos, famulis famulatur amicus;
Gratus alitq́; illos, à quibus altus erat.
Sic nisi contribuat Ducibus plebs subdita censum,
Hos prius enervat, mole perit suaq́;.
Nervus agendarum est collecta pecunia rerum:
Aere carens, magnas res bene nemo geret.
Heû, malè membra cient ventri fera bella quieto,
Nam se, plus illo, seditiosa gravant.
Aegrum fit corpus, langueſcunt corporis artus,
Si non suppeditant, quos coquat ille, cibos.
Vt coquus est venter, sic mutrimenta ministrat
Corporibus, creſcunt quæ vegetata prius.

Nativo venæ turgescunt sanguine, plenus
Quando medullarum succus in ossa fluit.
Ergo Magistratus sacri plebs stulta quietem
Exagitet nunquam: det tribuenda Deo.
Vt gratâ, per eam defensa, quiete fruatur:
Res est optandæ sortis amica quies.
Pax homini donat solitos urgere labores
In commune bonum, Pax iuvat alma scholas.
Gymnasiarcha regit discentes sacra, vel artes,
Cui labor in Domino nullus inanis erit.
Cerne duas porrò, biniq3 foraminis Aures,
Quas stipatorum fert caput omne loco.
Pauca loqui novit prudens, audire vicissim
Multa: verecundus sermo nocere cavet.
Commodus actori Iudex, notet aure secundâ,
Quid reus excuset, vis quid utriq3 ferat:
Inde pedes *lustra, renum circumspice lumbos*
Quali compactor finxerit illa modo.
Inferiora licet sint ista prioribus illis,
Magna tamen cernis commoda ferre tibi.
Parvula præ magnis haud contemnenda putentur,
Quòd nequeant sine eis maxima stare diu.
Nil ita sublimi consurgit in æthera motu,
Non sit ut inferius, subiaceatvé Deo.
Membra caput servant, ab eo servata reguntur:
Et domus, & regnum seditione cadit.

Ah pe-

Ah pereat, cuicunq; placet confusio rerum:
Ordinis eversor publica damna ferit.
Artus inter se iunctos Concordia fulcit,
Harmonicum reddunt corpora quæq; melos.
Sic Deus *unanimis, concors, sine lite triformis,*
Imperium Mundi trinus, & unus habet.
Mente coæterna, miris liberrimus actis:
Summus amor subigit singula prona sibi.
Respicit ille bonos, votis, precibusq; vocatus:
Securos scelerum, despicit ille malos.
Deturbat solijs Reges, attollit in illa
Viles: elatis cornua fracta terit.
Vnde triumphato fastu, de gente maligna
In gentem transfert sceptra proterva Ducum.
Non Deus, *ast hominum, subvertit regna, libido,*
Sæpè quibus nocuit, sæpe tyrannis obest.
Arbitrio Reges certo Deus *eligit, & mox*
Reiectos propter crimina fœda, necat.
Davida sic fecit cæso succedere Sauli,
Hebræis Regem sic Salomona dedit.
Summe parens, Iosuæ complêsti vota, morante
Sole sinens longum tardiùs ire diem.
Ezechiam flentem sic consolatus es, ipsi
Cùm Solis decimo est umbra reversa gradu.
Ista quidem monstrant certissima signa Iehovæ,
Qui res conservat cunctitenente manu,

Qui nobis præbens ortum genitricis in alvo,
A fronte, ac tergo membra venusta creat.
Scrutator renum, nostri tenet abdita cordis,
Investigator cuncta retrusa videt.
I nunc, & transi versùs Garamantas, & Indos,
Hic, apud Antipodes aut latitare para.
I nunc, auroræ pennis vel in astra vehare,
Vel subeas stygij stagna profunda lacus,
Omnia replebit præsentia Numinis, omni
Visa loco: Nunquam res latet ulla Deum,
Cuius Iudicium, pervestigabile nulli,
Eludit carnem, quæ malè sana ruit.
Antè cadet cœlum, vastoruet impete mundus,
Cessatrix fiet quàm pia cura Dei.
En ego, dum nostri tantummodò corporis aptam
Lustro structuram, dum mea membra noto,
Quid prius admirer? dubito: tamen omnia miror,
Exclamans: hominis fabrica mira nitet,
Mentis & insinuat summè sapientis acumen,
Quam, cùm non valeam prêndere mente, cano,
Quòd pietate Dei *vitales carpimus auras,*
Quòd sustentamur patris amore Dei.
Quem duce naturâ poterant cognoscere gentes,
Ex Evangelicis seu coluisse tubis:
Quæ Vatum currus agitatos Numine sufflant,
Et faciunt rejonis lætiùs ire rotis.

Omnibus

Omnibus eructant cœlestis munera Patris,
Per Christi *donum contulit illa quibus.*
Nempe quòd in Iêsu *fidendum est nomine; salvi*
Quo sumus, accepti quo mediante sumus.
Is de coniugio si non est éditus, ut nos,
Vt pariter nasci pleraq; cuncta solent,
Virgine matre tamen processerat ille, marito
Iam desponsatâ, sic moderante Deo,
Vt commendaret nobis connubia, quorum
In Paradisiacis extitit autor agris.
Certè miraclo est fœtus formatio, quem cùm
Sustineat cotylis, claudat & utre quasi,
Osse sacro matris Deus *has educit in auras;*
Ac, infantili vagiat ore, finit.
O mihi si centum linguæ, totidemq; supersint
Ora, quibus varium vox crepet una melos:
Non tamen id possim verbis exponere dignis,
Quanta sit hæc pietas, qualis & iste favor,
Quo Pater æternus nos est complexus, & altis
Sedibus Vnigenam misit ad ima soli:
Vt non Angelico, sed Abrami semine sumpto,
Esset homo verâ cum Deitate satus:
Vt novus esset Adam, reddens in mortis agone,
Quod vetus, in vitâ, perdidit, ansa necis:
Quàm bene consuluit lapso Deus *arbiter orbi,*
Dum fuit is genitus, qui fuit ante sator.

Cœlitùs in terras Meßiam depluit imas,
Perdita qui reparet, qui reparata beet:
Qui ſtyge confracto, Satanam domet, exuat Orcum
Prædâ, quam revehens victor in aſtra ferat.
Gratia, Chriſte, tibi, benedictum ſemen ab avo:
Promiſſum Patribus, Dux venerande Pijs.
Virginis es partus, ſuperiq; propago parentis
Radicis Ieſſę flos es, & acris odor,
Quem cùm non ferret Iudaica natio, gentes
Divini movit germinis ipſe ſapor.
Stella Iacob, tibi credentûm pia corda ſerenas:
Noſſe Deum & ſobolem perficis eſſe Dei.
Tu clavis David aperis ſecreta Prophetis,
Qui de te veris præcinuêre ſonis.
Natus es Imanuel, toti Salvator es orbi,
Qualem te dixit mittere velle Pater:
Qui dictis verax, factis oracla probavit
Eventuq; Spei, pollicitiq; fide,
Auguſtus totum Cæſar dum cenſuit orbem,
In ſtabulo, peperit virgo Maria, Bethlem.
Te grex Paſtorum, Gemo ductore, iacentem
Vidit, & indutum carnea membra Deum:
Vidit, & obſtupuit ſtabiliri firmiter à te
Hoc imbecillis debile carnis opus.
Scivit te noſtrâ pro libertate tuendâ,
Vilis ſervity ſponte ſubîſſe iugum.

Bos,

Bos, asinusq; suo tibi præbuit ore calorem:
Te duro pressit frigus, & herba toro.
Munificos tibi Stella Magos excivit ab ortu
Phœbi, aurum, myrrham, thuraq; ferre dedit.
Munera quæ data sunt pro paupertate levandâ,
Tunc ibi quam genitrix pertulit, inde Phari.
Vulpis ubi Herodis gladios evadis, in astra
Præmittis niveos, signa tenella, greges,
Vbere quos matrum raptos in limine vitæ,
Cuspide mactavit miles, at ense latro.
Lac emanavit cæsis, non sanguis, & humor:
Lactentûm niveâ cæde madebat humus.
Hactenus, ah, Christ⁹ degit, velut exul, & hospes:
Exul habet cœlum, corda sed hospes adit,
Quæ colat, hospitio fidei susceptus, ab urbe
Pulsus & in vili vult habitare casâ.
Carice substratum non dedignatur acutâ
Lectum, præsepis stramen haræq; fimum.
Ille per imbelles magna virtute triumphat,
Ille puellari vincit in ore Sophos.
Infans, virgo, senex, Ecclesia subiugat hostes:
Lacte pudicitiæ, fulmineis precibus:
Martyrij sed adaucta viret semente, cruentâ
Falceq; scissa pijs vita, salusq; redit:
Vita redit, vetitæ quam perdidit arboris esu
Eva nocente: salus in cruce parta redit.

Tu nisi, gnate Dei, *placasses corda parentis*
Læsa, reis & adhuc conciliare scias,
Mancipium Satanæ, peccati, mortis, & Orci,
Extorrisq3, poli sedę careret, homo:
Aeternùm miser, æterni damnatus ad ignis
Supplicium omne gradu non revocante, foret.
Gratia, Christe, *tibi, noster Salvator, & obses,*
Quòd tantis solvunt nos tua dona malis.
In cruce quadrisidâ, totidem per climata mundi
Nos redimis sparsas, optime pastor, oves.
Tu Patri dexter, par Spirituiq3 sacrato,
Regis, Pontificis, deniq3 munus obis.
Haud ignarus enim cladis succurrere nôsti
Cladibus, & nostræ condoluisse cruci.
Gratulor ergo mihi regnum cœleste parentis
Communis tecum, per tua dona dari.
Gaudeo iam regni te susceptisse beati
Sceptra, quibus tecum tempus in omne fruar.
Agne Dei, *consors hominis, fraterq3 paterq3,*
Membranam tenuem nos stabilito tibi:
Dum coalescamus tecum sic corpus in unum,
Vt simus massæ portio iusta tuæ,
Tu veluti duras nostri pars æqua cruoris,
Et partes nostras tu Mediator agis.
Prospicito cunctis altor sub tempore pacis,
Crescat ut è nobis fida caterva tibi.

Conservato

Conservato scholas, templisq́ foroq́ daturas
Semina, læta quibus nostra virescat humus,
Dogmate quam Verbi plantatam nobilis ornet
Clerus, & ætherei nectaris imbre riget.
Sic inclarescant toti tua nomina mundo,
Sic te Messiam climata quæq́ colant.
Sic unam Triadem Pontus veneretur, & æther,
Sic tua nos salvet provida cura, Deus.

THOMAE MITIS LYMVSAEI

SYNOPSIS BIBLICAE CORONIS, è Psall: Davidicis: quibus continetur compendium Chronicorum Biblicc:

I. BENEFICIORVM DEI in hominem Psal: 103.

DEum mens mea pange sempiternum:
Curis libera, pange Conditorem,
Sequestrum celebra redemtionis,
Et sanctificationis arrham.
Deum dicite, quicquid intùs imo
Clausum pectore, sêu tenetur extra
Sic, ut interiora quæq́ mentis
Hinc cultum pietatis ordiendo,
Linguam, osq́ efficiat piè refertam,

In cau-

In cantuq̃ habeant sequax sacrato,
Cuius summa, caputvé Laus sit Iæ,
Recordatioq̃ ipsius bonorum:
Quæ largâ pietate perbenignus
Nostrum contulit in genus paternè.
Aegritudine quando consenescis,
Mens, curisq̃ doloribusq̃ crebris,
Ad vitæ traheris reducta metam,
Ab illo recrearis & novaris:
Iudex ille quidem æquus universis,
Scandit iudicij sacrum tribunal.
Hinc pressos malè, liberat benignè,
Tyrannos premit ultor, enecatq̃.
Idem propitiator est fidelis
Omnes in miseros, & invocantes
Rectè iudicat, & reos fatigat:
Vt si haud pœniteant gravis reatûs,
Admissi scelerisvé, criminisvé,
In ipso iaceant sues lutosi,
Aut vitâ pereant inordinatâ
Culpæ per propriæ scelus patratum
Innatâ vitiositate cordi.
Non tantum Iova *plectit ipse, quantum*
Vnusquisq̃ meretur ex iniquis:
Et verò bonitate copiosus,
Amplè perpetuus, frequensq̃ fons est,

Præstandavé

Præstandæve fidelitate servis
Et cultoribus in sua Aede largus.
Nunquam lassus, adest in exhibendis
Semper muneribus piæ cohorti,
Promissisq; reapse conferendis
In hos, qui sacra iussa diligentes,
Servant fœdera cœlici parentis
Fidelissima testimoniorum.
Est autem omnipotens, & omne noscens,
Spectans, prospiciens & omne solus.
Excelsissima sedis arx Iovanæ est
E cujus speculâ remotiori
Prospectus patet illi in universa
Terræ climata, totiusve mundi.
Illic aligeros habet ministros
Instrumentaq;, per qua mox, & illos,
Quod vult, efficit imperante nutu:
Quin præstare quoq; absutrisq;, novit.
Diæ confiteantur id phalanges,
Cumq; his Angelico in choro, ministri.
Attestentur idem creata quævis
Dextræ cunctipotentis orbe trino.
His voto mea mens iugata semper,
Summum concinat ac celebret Iam,
Parentem, Vnigenam, sacrumq; flamen:
Nostros ille modò approbet sonores.

II. CREA-

II. CREATIO ET CONSERvatio rerum. Psal: 104. ex B. Ariâ.

Mens mea in laudes Iehovæ tota nunc dissolvere:
Quanta majestas Sophiæ, dic, Dei, & potentiæ est
In creando, & ordinando, & sustinēdo singula?
Mi Deus, dic, ipsa lux es, nec tenebris obsita:
Luce vestiris coruscâ, pallioq; lucido
Sic, ut humano prehendi non queas sensu ullibi.
Vnde monstrat esse nobis te quidem inscrutabilem:
Sunt tibi sedes in astris omnium clarissimæ
Arte, fabricâq; : puris ex aquis purissimæ.
Nubium tractus ad instar curruum rotis eunt,
Quos agunt subinde venti, ut iussa perferāt tua.
Ningit hic: pluit sed illic grandinatq; ubi velis.
Angelos habes ministros ipse velocissimos:
Igne & undâ prapotentes, terreant quib⁹ reos,
Puniantq; impœnitentes, ac ad extremū enecēt.
Ordinatione par es omnibus terris tuâ,
Vallibus pressis, & altis montibus, campis quoq;,
Semp hūc locū tuētur, quē sibi à te habēt datū:
Vsus ac ornatus his est magnus & mirabilis.
Stāt optæ terræ ab undis, quæ tamē nō trāseāt
Limitem campi iacentis, nec repaglum littoris.
Vividi fontes locorum serviunt ornatui.

His

His aquæ ſaturientes, rivuliq́ fluminum,
Arbores ſata & rigantes, cũ ſeris potãt greges:
Irrigatio ſed iſthæc commodiſſima omnium
Partibus terræ univerſis, inq́ eâ degentibus,
Quæ trahũt flatũ & movẽtur: bruta cũ mortali-
Incolũt ſilvas feræ atras: arborũ ramos aves, (bus.
Aëra alis metiendo, voce mulcendo inſuper:
Aequor, & fluenta, piſces innatant multiplices.
Noctibus ſuæ & diebus ſunt viciſſitudines,
Quas duo orbe ſub triformi luminaria exhibent
Per vices rerum ſalubres, per ſtatas anni vices.
Quicquid in polo & ſolo extat, id velut permaximũ
Eſt, ita obſervationis ſedulæ digniſſimum
Pro Creatoris canendâ præpotentis gloriâ.
Sed tua argumenta miræ magnæ providentiæ
Inviari ſunt, quod ſuspendâ vaſtitate littorum,
Alluit terras, & intrat, belluis plenum horridis.
Quas alis manu benignâ ſolus omnes hîc, ubi
Nil loci eſt plantationi, nil ſerendis frugibus,
Nec valent habere paſtũ, nec carere hoc, des niſi.
Vnde natura ipſa rerum, ſive mutarum quoq́,
Sive item ſermocinantũm, confitetur te Deum
Eſſe majeſtate ſummâ ſingulis ſpectabilem:
Singulis ſemper tremendum, ſingulis laudabilem,
Qui gubernare ẽne poſſis cõditũ unus nõ modò,
Sed quoq́ orbem diſſipatũ, fulminis vi vertere.

Qui

Qui negant regnare paßim Iehovã, *qui polluunt*
Corpus & mentẽ malignã, diſperibunt undiq3:
At Deus noſter manebit laude dignus perpeti.
Ergo collaudetur à me, tum pÿs ab omnibus
(Laude major universâ cœlitũ & mortalium)
Trinitas ſacrata, Patris, Filÿ, Spiraminis.

III. COMPENDII GENESEOS ac Exodi, Pſal: 105. ex P. Artopæo,

GRates pangite maximas Iehovæ,
Nomenq3 ipſius invocate ſanctum,
Ac in Gentibus acta nunciate
Inſignis ſtudio benignitatis,
Promißiq3 fidelitate ſummâ
Hebrææ exhibiti ſubinde genti,
A Patre Abrahamo genus trahenti
Ad ſtirpem Amramidæ Moiſis uſq3
Aronisq3 domus celebritatem
Per multæ generationis ortum,
Hanc utramq3 potens Iehova *dictis*
Et factis hominem ſupra haud gerendum
Vllo tempore vel loco, ſtatuvé
Aut ætatibus ante, sêu deinceps
Per labentia ſæcla retroactis,

Aut instantibus insuper dictis,
Constanti Deus *in fidelitate*
Promissis Abrahæ ipsiusq; stirpi,
Isaco & Iacobo reapse factis
De terra Canaan eis tenenda,
Cumq; hæredibus incolenda avitis.
Hi primum numero minutiores
Nullis viribus aut potentiores
Paulatim sed utroq; prævalebant,
Certâ sede minùs domové certâ:
Gentes inter at undiquaq; sparsi,
Succesêre tamen potenter illos
Colono veteri migrare iusso.
Deus, *propter eos, subinde Reges*
Magnos punijt & graves Tyrannos
Quod constat sat in Abrahamo, & Isac
Raptis coniugibusq; redditisq;
Ac in vendito Iõseph, in solumq;
Præmisso Pharium, æmulatione
Seu livore nimis gravante fratrum:
Vbi vincula post gravis cataste,
Et post tædia carceris molesti
Ad summos fuerat gradus honoris
Evectus, Pharaonis & vocatus
Alter progenitor, Iacobq; Patris
Altor cum numerosiore fratrum

Suorum

Suorum sobole utriusq; sexus
Quos omnes aluit, famis diebus
Servitutéq; liberos ab omni
Fecit: Rege secundus à Pharone,
Successore at ab ipsius deinceps
Ignoratus: ab Aulicis perosus
Ingratis, vel ad ipsius perosi
Formidabile nomen universis.
Missus Mose & Arone ad Israhelem
Gravus servitij iugo eruendum
Libertateq; pristinâ beandum,
Ac divinitùs ipsa destinatum
Hæredem in Cananæa regnâ verum:
Mirè prodigijs tot atq; tantis,
Coram rege Phari accolisq;, factis,
Per plagasq; decem à Deo *gravatis:*
Hæ sunt cum tenebris, aquæ cruentæ
Rana, musca, locusta, grando, fulgur,
Cyniphs, depopulatio per ignem
Insectumq; soli per universi
Et mors primigenûm virilitatis,
In brutorum hominumq; stirpe quavis,
Quibus Rex, populusq; sunt coacti
Sponte ac solicitatione magnâ
Tam dimittere gentis agmen omne,
Quàm ditare peculio Israhelem,

Vestitûsq;

Vestitûsq3 numismatumq3 & auri
Argenti quoq3 poculis onustum.
Quem merso Pharaone cum quadrigis,
Traduxit mare per rubrum Iehova
Columnâ ignis ut emicante noctu:
Nubis sic quoq3 per viam diei.
Illi tesqua Arabum perambulanti
Pluit Manna poli in cibos suaves,
Coturnixq3 sit esui, dat idem
Educitq3 petrâ rigente flumen,
Promulgatq3 decem statuta Legis:
Non ex promerito laborevé ejus:
Suâ sed patriâ benignitate,
Sed promissa suo data Abrahamo,
Cui quod pollicitus fuit, reapse
Stirpi præstitit ipsius nepotum
Inductæ Canaan solo, colonis
Iectis priùs inde pervetustis,
Et hac conditione constitutæ:
Curarent Dei *amoreq3 ac honore*
Cultu in religionis emanere:
Quo fidat sibi nemo, sed Iehovæ
Benigno patri, & omnium patrono.

IIII. RELI-

SYNOPSIS BIBLICAE,

IIII. RELIQVAE PARTIS Chronicorum Bibli: Psal: 106.

CArmina læta pij Domino cantate, benigno
Patri, patrono, principi
Fortia gesta Dei quis enim sat prædicet? aut quis
Sonet satis laudem ipsius.
Non ego, si centum linguas, centum ora resolvam
Laudes in eius, carmine,
Sufficiam cantu digno celebrare Iehovam
Iustum, potentem, commodum.
Vocibus Angelicis, hominum nedum ipse sonari
Pro dignitate sat potest.
Cujus perpetuò durans Clementia, magnos
Prævaricatores beat:
Sed resipiscentes sceleris vitijq; perosos,
Et pravitatis totius
Felices, quos æqua juvant, quos recta perurgent
Ad iudicandum commodè,
Quæ Deus ostendit cunctis ætatibus in rem
Sacri gregis fidelium,
Faxit, ut his etiam gratus possem annumerari
Præco salutis præstitæ,
Læteq; adiunctus patrijs hæredibus, ad quos
Ius filiale pertinet,

Exhibitumq;

Exhibitumq́ Orbi Meßiam hoc lumine ſpectem,
Et ſim ſalutis particeps:
Vt ſi non penitùs ratio pietatis avitæ
Mihi ſit ipſi cognita,
At benefacta Dei *fas ſit laudare decenti*
Confeßionis formulâ,
Exprobrare ſimul noſtro ſub tormine culpas,
Agendo pœnitentiam.
Cum Patribus ſoboles, ehêu, peccavimus in te
Noſtrum Iehovam *maximum,*
Nec tibi credidimus, morem neq; geßimus unquam,
Iuſto, faventi, provido.
Nunc pudet admiſſi ſceleris nos: poſcimus omnes
Tuam unicum te gratiam.
In medio Aegypti diæ miracula dextræ
Productæ nil curaverant.
Ingrati fuerant, immorigeriq́: rebelles
Ipſum vel æquor ad rubrum,
Hoc ubi deberent bifidum tranſire: ſoluti
Ex hoſtium tyrannide.
Hos vidêre mari merſos ſimul & ſemel omnes
Internecione maximâ
Servaſti Iſacidis fœdus, tua nomina propter
Tuamq́ potentem dexteram. Exod. 14.
Nemo ſibivé, ſuové, quod eſt nil, robore fidat:
Nihil, Deo *ſine, eſt homo,*

Ille fretum siccans, quod silvula syrmate longo
Vtrinq; sæpit juncea.
Arente hac, medio siccis stetit alveus undis
Præbens euntibus viam.
Hostes servorum demersit gurgite vasto,
Omnesq; ad unum perdidit.
Tunc habuerê fidem Domino tibi: solvere grates
Festis parati cantibus.
Mox apud immemores senuit tua gratia: dextræ
Nec sunt recordati tuæ.
Consilium sprevêre tuum virtute potentis
Tui negatâ brachij.
Arserunt desiderijs quæ dira cupido,
Poscebat effrenis gulæ,
Tentâruntq; Deum, malè sano murmure læsum
Per solitudinis iuga:
Delitias stultè hic poscentes, quas neget Vrbis Num: 11.
Luxu solutæ, copia.
Nil minùs his tribuit, quicquid sceleratavolebat,
Gulosa sive crapulæ.
Protinus absumti macie, perière subipsa Ib.
Voracitate carnium.
Non alit esca hominem, panis vel solus: at omne
Verbum ore prolatum Dei.
In castris sancto tandem invidêre Moisi:
Servo Dei, suo Duci,

Aronią

Aroniq̃ Sacerdoti: Præfectus is Aræ
Fuit, sacrisq̃ Pontifex
Quem contra & fratrem quia coniuratio facta est
Castrorum iniquo murmure,
Idcirco grandi tellus absorbet hiatu
Supra ducentos complices.
Seditiosa cohors, ducibus Dathan, Abiramq̃
Orco resorpta, disperit.
Pars quoq̃ cœlesti consumitur igne perusta
Per ultionem Iehovæ,
Qui parere Duci, Mystæq̃ exposcit alumnos
Tàm subditos, quàm milites.
Conflatum hinc auro vitulum coluêre choreis
In monte Orebi pro Deo,
Cujus mutârunt sub maiestate juvencum
Herbas vorantem graminis:
Obliti illius, Pharijs qui ductor ab oris
Signis fuisset præpotens,
Niliaco in regno factis insigniter illi,
Inq̃ æquore alto caricum.
Longanimis, patiens, vultu clemente probatus,
Tantisper ingratos tulit,
Donec ad extremum delere parasset eosdem:
Ac id peregisset statim,
Interceßisset Moses nisi, & ipsius iram
Tunc mitigavisset prece.

Quâ, velut in muri rupturis obstitit illi,
Omnes statim ne perderet.
Atqui spreverunt promissæ iugera terræ, Num:14.
Increduli verbo Dei,
De sibi donandis percusso fœdere regnis,
Cum Patriarchis primitùs.
Exploratores haud audivêre reversos,
Grandemq; monstrantes botrum.
Murmure complêrunt sævo tentoria, regi
Nec paruerunt cœlico.
Ergo per sese digitis super ardua tensis,
Iuravit habens haud alterum:
Sed neq; maiorem: tantis nec totq; eluentem,
In triplici orbe, viribus:
Quòd prostraturus fontes sit clade perenni,
In vastitate saltuum.
Relliquias etiam sine certâ sede, daturus
Dispersioni gentium:
Ingratos punit, simulac hricolasq; trucidat,
Exempla in his ut linqueret,
Qui coluêre Baal Peor, absumpsêre Deûmq; Nu:25.
Salsas molas gentilium,
Promeruêre quibus succensi Numinis iram,
Non absq; diris cædibus.
Tunc exurrexit Phineas Zelosus, & hastâ,
Mœchos in actu ipso enecat.

Illicet

Illicet atra lues castris cessavit in ipsis;
Quievit ira Iehovæ:
Iusticiæ titulo meruit gaudere deinceps
Zelator ille fervidus;
Transfixis Zamri & scorto Madianitide alto
Gratam Patri rem præstitit.
Vnicuiq; Deus benè seu malè facta rependit:
Iratus, aut placabilis:
Ad latices Meribah irritavêre sed ipsum, Exo:17.
Mosiq; creaverunt malum.
Perturbatus enim plebis clamoribus actæ
Prudenter haud locutus est.
Non deleverunt gentilia numina, iussi
Fuêre cêu divinitûs.
Gentilis ritûs commercia fœda secuti,
Mores profanos hausêrant,
Et quas ignavi gentes delere negabant,
Deleti ab ipsis sunt dein,
Coniunctiq; illis, divûm simulachra colebant:
Per cuncta stulti & impij.
Dæmonibus siquidem gnatos gnatasq; litabant,
Et offerebant hostias.
Sanguinis innocuum proprij fudêre cruorem
In immolatorum cibis,
Quos Cananæorum statuis mactare solebant,
Instar cadentis victimæ.

Cæde sed hinc polluta gravi, capitalibus hinc est
Infecta tellus noxijs.
Immundo vixêre malis in crimine factis,
Et fornicationibus:
Numinis unde furens excanduit ira, proteruum
Quæ respuens peculium,
Abiecit sontes, Idolatrasq; reliquit
In servitute dæmonum,
Afflicti per quos exercerentur in horas,
Et traderentur hostibus.
Magna Dei pietas novit vexare scelestos,
Vt pœniterent lapsuum.
Infatuata caro nescit benefacta notare
Divina, quorum nil memor,
Est ingrata, ferox, contraria, futilis, amens,
Idquod sat Hebræi docent:
Qui simul erépti damnis, in plura ruerunt,
Deo molesti plurimùm,
Quem malè consilijs irritavêre nefandis,
Ter pessimi mortalium.
Hinc ad pauperiem, vilissima turba, redacti,
Pœnas luebant prægraves:
At Deus in rebus duris respexit egenos,
Et invocantes audijt.
Ergo recordatus pacti cum Patribus icti,
(Clemens ut est in sæcula,)

Condonavit

Condonavit eis delicta, remisit ubi omnem
Culpam, reatu cum gravi.
Propitios ipsis victores fecit; ab omni
Captivitate liberis,
Assyria ut fuerat Tribuum bis quinq3, Tobias
Captivus in quam ductus est,
Niniq3 excidium prædicens, occubat, & vult,
Medos adiret filius.
(Id patet exemplis Hester cum Mardochæo,
Esdræq3 cum Zorobabel.)
Altera sed Tribuum, Iudâ, Menasæq3, duarum;
Post septies annos decem
At reddenda dein sedi, Patriæq3: reversis
In quam facultas est data
Vrbem cum Templo de ruderibusq3 levandi,
Donisq3 struendi Persicis.
Sunt usæ Ducibus pòst, usq3 ad tempora Magni
Cognomine Alexandri illius,
Qui Macedûm princeps, Græcorũ ductor, & auctor
Fit tertiæ Monarchiæ,
Antiochum Syriæ Regem, Hebri stirpibus, hostem
Linquens Machabæis fratribus.
Romanum inde iugum, crudeleq3 sceptron Herodũ
Æstu volentes tundere,
Exitium accersent perpes sibi, Vespasiano
Sub Cæsare: Collegâ Titi,

Ac ser ſam n reprobum datæ & actæ continuabunt
Diſperſionem gentium,
E quilus, aut cum ipſis coaleſcant agmen in unum
Apoſtolorum nuncio.
At tu, Iova *parens, noſtri immemor eſto reatûs:*
Culpis reorum parcito,
Gratuitaq́ tuâ pietate remittito cunctas
Peculio culpas tuo,
Promiſſumq́ tuum iuxta, pactumq́, beato
Nos, Rege miſſo Meſsiâ.
Vt tua confeſsi celebremus nomina ſancta
Et iuſta factis omnibus,
Quæ tibi propitio ſemper famulata Parenti
Dant nobile teſtimonium.
Iram, fac, iuſtam miſeratio temperet ingens
Noſtri & tui reſpectibus
Perfice iam tandem, quovis ut ab hoſte redemti
Deſerviamus nos tibi:
Vt cari & grati, reliquisq́ exempla daturi,
Chriſto *beemur principe.*
Laudibus extolli clemens Iehova *per ævum*
Meretur utroq́ ab Iſrahel.
Semper bonos bonitasq́ Dei *celebrentur, oportet,*
Plebs, ſubde Amen, IAH hallelu.

THOMAS

THOMAE MITIS LYMVSAEI,

Patrum ante & post diluvium, CORONIS II.

ADAMVS.

EFfigiatus humo, fit homo, coniunxq; parensq;
Primus: habet Domino subdita quæq; sibi,
Subditus ipse Deo tamen, Anguis perditur æstu,
Perditus, & totâ posteritate reus,
Inq; fidem Iovæ mirâ bonitate receptus,
Servatur Christo semine fæmineo:
Tam contrituro fallacis colla Draconis,
Quàm reparaturo perdita fontis Adæ.
Hic Horto eiectus, iussos patiente labores
Fert animo: culto victitat unde solo:
Omnibus ærumnis toto subiectus in ævo,
Ac ipsi letho, Spe Fidei erigitur,
Et consolatur vita durabili in omni
Seclo, & promissis rebus in arce poli.
Vixit nongentos, necnon triginta per annos,
Exilium patriâ mutat ubi istud, Adam.

ABELVS.

MArtyr Abele, cadis fraterno primus ab ictu,
Ruri dum Iovæ liba sacrata sacras.

Necnon primitias offers ovium ipse tuarum,
Perq; Fidem loqueris cæsus, adhucq; litas.
Invidet hanc vitam Cain tibi, luce perenni
Quam tu mutatam, vivis in arce poli:
Gratus, & acceptus Superis: acceptior Iæ:
Præ fratre agricolâ, gratior Vpilio.
Martyribus princeps, monstras restare colenda,
Hac pro terrestri valle, theatra poli,
Dum retinere Fidem sataganț, ratione relictâ
Carnis, promissi Seminis auxilio,
Terræq; exilium patriâ mutare supernâ
Mâlint, at vita perpete, mortis opus.

SETHVS P. & ENOS F.

SEthus Adæ gnatus, cæso succedit Abelo,
Anni nimirum tempore ter decimi.
In disciplinâ perstat patris integer: orbo,
Præsidium: mœsto, læta virensq; seges:
Adversus fratrem Cainum invictus, & acer
Defensor patriæ relligionis adest,
Divino in populo quia laudatissimus Heros,
Laudatum à cunctis non satis, édit Enos.
A genitore Setho *soboles haud degener ipse,*
Mœstis, patri & avo, gaudia vera parit,
Quodq; domi didicit, foris id communicat ipsum,
Et Cainiticum *perdomat ore gregem:*

Cuius

Cuius hypocriticum confutans dogma, retundit:
Invocat & veri nomina sancta Dei,
De quo incorruptam tradens vocemq; fidemq;,
Fervidus extremum claudit in orbe diem,
Quingq;, ac nongentos postquam vixisset ad annos,
Decrepitus nec adhuc isset in astra senex.

ENOCHVS.

VIvus in astra migrat, cœlo dignissimus Enoch.
Acceptusq; Deo, vivus in astra migrat,
Cùm foret indignus tanto malus orbis alumno,
Digna nec in Mundo colluvies hominum,
Quam nimium reprobam, corruptelasq; sequentẽ
De sibi promisso Semine fœmineo,
Cultus edocuit divinos doctor, & Heros,
Exemplusq; malos terruit, atq; minis
Iudicij instantis, ratio reddenda sit in quo
Dictis & factis, unicuiq; hominum
Caini exilium iustâ nece, pœna reorum,
Ante oculos ponunt vindicis arma Dei:
Renes & fibras cordis scrutatus, utrosq;
Perspicit is sensus: abdita quæq; notat.
Non ullum fallit, nec ab ullo fallitur idem,
Qui benefacta probat, qui malefacta domat,
Quomodo doctrinam, cultumq; probavit Enochi,
Ad se quem vivo corpore sustulerat.

Aetati ut cuîvis hominum constaret, in astris
Gaudia quòd restent percipienda pijs.
Vita perennat ibi potioribus aucta triumphis,
Aeternâ æterni sub requiete statûs.

LAMECHVS.

LAmechus, *Enochiq; nepos & Mathusalemi*
Gnatus, patre & avo digna propago fuit.
Ille Fide invictus, mortis non senserat ictum,
Illatus, vivis corpore, mente, polo:
Hic verò cunctis annosior unicus (ante
Et post se, ac secum) vixît & occubuit,
Lamechiden linquens veræ pietatis amicum,
Et defensorem, cum gravitate, pium:
Quem Iovæ *instinctu discens solatia Mundo*
Esse reducturum: præscijt ac obijt:
Septem annos, septingentosq;, & septuaginta
Natus, terrarum labis, in exitio.

NOA.

VEra loquens & iussa sequens divina Noelus
Constanter, vulgi moribus indoluit,
Tam depravati vitijs malè ab omnibus, ut iam
Spes emendandi nulla, locusvé foret.
Ipse Deo *charus, sed contemptissimus Orbi*
Obtecto cunctis undiq; flagitijs,
Gens scelerata quibus toto cooperta scatebat
A capite ad talos: intùs & exterùs.

Nulla

Nulla Dei cuiquam reverentia, nulla pudoris,
Nulla suæ cuiquam cura salutis erat.
Accersiverunt sibi damna novissima, vitæ
Huius & alterius, improbitate suâ:
Omnes securi, sævâq; tyrannide noti,
Cordaq; polluti cœca libidinibus,
Iusticiæ Domini spreto præcone Noëlo,
Viginti hanc annis ille prius docuit,
Arcæ quàm strueret fabricam: resipiscere mâllent,
Cœlestis perdat quàm Cataclismus eos,
Qui sit præ foribus: fidi sed dicta magistri
Factaq; subsannans perdita turba, perit,
Diluvioq; orbis generali disperit: Arcâ,
Enatat hoc sospes, sospite, Lamechides,
Annoq; egressus lapso, soteria solvit
Cum sobole, ipsius deniq; coniugibus.
Structa Iovæ arâ, cœlestem suspicit arcum,
Et pro divini teste favoris habet:
Deleturus aquis quòd non sit, at ignibus, Orbem
Temporis extremi, Iudicioyé die.
Antiqui faciem mundiq; noviq; ruinam
Dum reputat: lacrumis gaudia mixta gerit:
Nimirum facie primi recreatus amœna,
Alterius laceri clade gravatus, abit.
Exercens agrum, plantat vineta, novatq;,
Connubij & cædis legibus appositus,

Halitum ad extremum Meßiam prædicat illis,
In Mundo ſecum quot quot habere poteſt.
Hinc noningentis, quinquaginta inſuper annis,
Vitam habili mutat morte laboriferam.

SEMVS.

SEmus *in orbe novo, divini cultor honoris*
Summus, & obſervans non ſine fruge, patris:
Quem malè nudatum, ſive ebrietate nocivâ
Sopitum, avertens lumina, veſte tegit.
Vnde experrecti Iapheto cum fratre bona audit
Omina, dum diras, Chame, parentis habes:
Qui ſervus fratrum, Canaan quoq; ſtirpis origo,
Hæredes Semi per data Regna beas.
In quibus hi ſedes olim fixêre dicandas
Meßiæ édendo, Chriſtiadûmq; gregi,
Ad quem Iaphetidûm collecta propago deinceps,
Vniri & fieri debeat una domus.
Inter quos habitans Eccleſia vera remanſit
Temporibus multis, hoſpitiumq; tulit.
Semus *ab exactis ævi ſex ordine ſæclis,*
Vivit, victurus ſemper in Axe Deo.

HEBER.

EN *pronepos Semi, & notæ pietatis* Eberus,
Conſpicuæq; potens integritatis homo,
Oppoſuit ſeſe Nimrothi viribus Heros
Fortis, & attrivit cornua fracta truci,
Nominibusq;

Nominibusq; datis genti cognomen Ebrææ
Indidit, ut retinens illud haberet idem.
Ac utinam non id solùm ferat, aut quoq; iactet,
Meßiam exhibitum sed sibi credat Herum,
Quomodo mittendum mundo divinitùs illum
Per promißa Dei *credidit altus* Eber,
Constans nimirum Fidei defensor & Aequi
Edocuit sanctus credere quemq; senex.
Sexaginta annos quatuor, duo sæcla bis ævo
Exacto in vitâ, contumulandus obit.

PHALEGVS.

PAtris aviq; pij soboles spectata, Phalegus
Par fuit ambobus simplicitate piâ:
Tempore natus in hoc, quo linguas Iova *severus*
Confundit turri sub Babyloniacâ.
Nimroti, sanctis infestum, dißipat agmen,
Vimq; gigantæam plangit agri Senaar.
Ille quidem retinens nomen fatale Phalegi,
Humanum spargi vidit in Orbe genus,
Quod crudele, minax, confisum robore, & ausu
Immani, Iovæ *bella movere parat:*
Quod pœnâ affectum confusæ in verba loquelæ,
Totius in Mundi climata sparsit Herus,
Et quibus ille locis Meßiæ destinet almo
Cunas, linguarum non sine noticiâ,

Legatosq;

Legatosq3 suos emittat Christus *in Orbem*
Gentibus unitis cum tuâ, Hebere, domo,
Cui decus est ingens annis triginta novemq3,
Et quibus addantur sæcula bina, Phaleg.

THARA.

Magnanimi trinepos Tharah *insignis Heberi*
Vr Chaldæorum civis in urbe viget,
Cumq3 idolatris sacrum venerantibus ignem,
Degit, at errori succubuisse cavet.
Chaldæam linquit, Carras novus incola migrat
Abram cum gnato, & Nahore, cumq3 Sarâ.
Vno ævi sæclo hic, quino bis in ordine lustro,
Annos si binos dempseris, hospes obit.

ABRAHAM.

Quem Tharæ pater Abramum vocitaverat, illum
Cœlestis genitor dixerat Abrahamum.
Ex idolatrâ, sanctumq3, extorreq3 civem,
Credentûmq3 Deo *fecerat esse patrem:*
Dum repetens ipsi promissa fidelia dandi
Seminis, in quo omnis gens benedicta foret,
Promittit stabilem Chananææ sedis honorem,
Messiæ genito quæ daret hospitium.
Abrahamo in fœdus data circumcisio, necnon
In signum titulo Iustitiæ Fidei,

Quâ

Quâ circumcisi starent cum patre fideli,
Christo *de lumbis egrediente Senis,*
Qui tamen ex uxore, Sarah sene, suscipit Isac,
Cui risu matris nomen in omen eat.
Iussu is mactandus divino in monte Moriâ,
Servatur Genij voce manuq; sacri:
Quâ tensam Abrahami valuit retinere sarissam,
Et dare vervecem vepribus implicitum.
Sub spe contra spem credit pater ille fidelis:
Fœdere firmatus, pollicitoq; Dei.
Quem scit veracem dictis, factisq; potentem,
Non deserturum tempus in omne pios.
Hinc ab eo tegitur, Cananæos inter alendus,
Chaldæos inter, Niliacosq; viros.
Custodes vitæ, convivas deniq; mensâ,
Hospitio Genios excipit ille suo:
Quattuor at reges ad fontem Iordanis idem
Vernarum parva fundit, agitq; manu,
Et libertatem Sodomis, Lothoq; salutem
Vindicat: exulibus restituit patriam.
Insignis victor spolijs decimare dat illa
Pontifici & regi, Melchisedece, *tibi.*
Ergo triumphanti grataris, fausta precatus
Ac epulum præbes non sine lætitiâ.
Iovæ *Abraham supplex sextâ vice, sulphuris igni*
Ne pluat in Sodomam, Pentapolisve situm.

Intimus

Intimus hic illi, pater est credentibus idem
Gentibus ac ingens est decus Isacidis
Messiæ adventum suspirat, credit, anhelat,
Inq3 bona Fidei spe recreatus, ovat,
Ac obitûs abiens solatia possidet ævo
Aeterna æterno, cum patre cœlituum,
Inq3 specu duplici tumulatur, & Ephronis agro,
Ossibus ossa Saræ coniugis appositus.
Quinquagintaq3 habens annos, & septuaginta
Quinq3, hæredem Isac linquit & Isacidas.

ISACVS.

Hic quoq3 sancta patris sancti, & spectata ppago
Nascitur è sterili matreq3, anuq3 Sarâ:
Aetatis præter rationem ac ordinis omnem,
Editur effœtis undiq3 eorporibus.
Ad iugulum usq3, patri primis obtemperat annis:
Pro se aries quòd stet victima danda, videt.
Cœlitùs ampla quidem, divini signa favoris
Scit promissa patri, sed repetita sibi:
Duntaxat Canaan regionis & hospes & obses,
Sperat & exspectat cœlituum patriam.
Suscipit è sterili geminos uxore Rebeccâ,
Attamen ex votis impetrat antè pijs.
Sic Geraris illum locupletat Iehova, *ut amplæ,*
Pro grege & armento, pascua possideat.

Sæpe

Sæpe molestatus turbatur fraude domi & vi,
Sed foris invidiâ regis Abimelechi.
Esau nimirum gnato per cuncta protervo,
Insuper Hetthæis moribus, & nuribus.
Orbatur Iâcob, cui frater vendit Esavus
Ius primogeniti pulte, struitq; necem:
Provida mater ei bene consulit, & facit, ut mox
Tendat ad agnatos in Mesopotamiam.
Ductâ ubi cognatæ non unâ coniuge stirpis,
Dives opum & sobolis sexu in utroq;, pater.
Redditur inde patri cœco, patriæq; labanti,
Cum fratre Esauo funera mœsta parat:
Aetatis centesimo, & octuagesimo in anno
Isâci illius nobilis agricolæ.

IACOBVS.

MVlta domi, sed plura foris perpessus Iăcob
Emit ab Esavo ius quia primigenum,
Præripuitq; operâ matris, fausta omina patris.
Exemplum cœtûs est, & imago sacri.
Sedibus extorris patriæq;, domoq; paternâ
Exactus, fratris vimq; dolumq; cavet.
Ergò fatigatus, sopitur nocte, viator,
Et fruitur visu, colloquioq; Dei:
Quem sibi præsentem persentit adesse, Labanem
Quomodo avunculum apud, sic etiam socerum:
Deniq;

Deniq; pignoribus thalami, gregibusq; locuples
In reditu ad patriam, decrepitumq; patrem.
Ipse Dei *Nato luctatur, sed femur ictus,*
Evadit victor promerito Fidei.
Hinc Israelis nomen Luctator adeptus,
Israëliticæ gentis in omen habet.
Castris, angelico vallatur ab agmine, motis,
Necnon promotis, in loca tuta subit.
Vir Domino *carus, planeq; domesticus, æquo*
Aerumnas animo fert foris atq; domi.
Beniamini in partu, sublatam morte Rahelem,
Bilham ignominiâ flet maculasse thorum:
Flet stuprum Dinæ: gnatorum homicidia luget,
Quæ perpetrâvit cum Simeone, Levi,
Fœdosq; incestus Iudæ, pariterq; Rubeni,
In cunctis summam deniq; perfidiam,
Quâ simul atq; semel sint ausi vendere Ioseph:
Experti sub eo, quod metuêre, iugum,
Postquam venissent emptum frumenta parenti,
Vi famis in totum deficiente penu.
Turbatur, capto Simeone, ac Beniamine orbus,
Adq; Aegyptiacum commigrat ipse solum,
In quo munificum Pharaonem sentit, habetq;
Ioseph um altorem, propitiamq; Pharon.
Fata canit genitor soboli, geminoq; nepoti,
Nascendumq; Siloh *vaticinatus, obit:*

Septem

Septem ac centum annos natus, deciesq3 quaternos,
Infertur Canaan, ad monumenta Patrum.
E quorum lumbis Messian exoriturum
Audierat lætus, crediderat q3 pius.

IOSEPHVS.

IOsephus Iacob patris ardor honosq3, senecta
Scipio, at ipsius firma columna domûs,
Extitit inuisus dilectis fratribus à se,
Quorum deferret crimina sæpe patri.
Charus ei propter studium pietatis auitæ,
Et varias dotes indolis egregiæ,
Iuncta quibus pietas, patientia, candor, honestas,
Et morum & vitæ totius integritas,
Ornabant puerum, commendabant q3 deinceps
Egregium iuuenem, magnanimumq3 virum.
Hunce Sophia Dei diuinandi imbuit arte,
Ac exponendi somnia visa viris,
Redditur vnde domi magis inuidiosus aruspex:
Venditur hîc miserè, claret at inde foris.
Corpore ubi in casto castam retinere laborat,
Mentem lasciuæ non suæ obædit Heræ,
Mandatoq3 Dei mauult parere seuero,
Quàm fœdo fœdè pollui adulterio.
Insons detentus diuturni carceris antro:
Coniector verax, hoc quoq3 liber abit,

Et

Et sit honoratus, castis exempla daturus,
Quòd sua sint ipsis præmia, dante Deo:
Aulæ præficitur, Rege à Pharaone secundus,
Cui somni interpres, consilióq; pater,
Servator regni dignoscitur esse: suorum
Altor cum primis in fame, & exilio.
Optimus est princeps, verissimus augur, & Heros
Maximus officij per benefacta sui.
Venditus à proprijs: deiectus ad infima terræ,
Rursus & ad summum vectus honore gradum.
Hac ratione typũ præfert Christo *ipse premẽdo,*
Ac exaltando patris in arce Dei.
Quem sibi quem soboli, quẽ fratribus expetit, omnẽ
Ignoscens culpam, confore propitium:
Mandat utrisq; tamen moriturus, ut ampla Canopi
Regna relicturi, cùm Chananæa petent,
Huc etiam importent, suaq; ossibus ossa parentum
Adiungant duplici contumulanda specu.
Id tandem fecit Moses; perfecit in Israel,
Iosua successor maximus, Imperio.

IVDAS, & PHARES.

QVarta Iacob proles genti regnóq; potenti,
Iudæis etiam nomina clara dedit.
Ex uxore Suâ Chananæi patris, Iudas
Degeneres gnatos sustulit ipse duos:

At

At Deus, *extincta genitrice, peremit ephœbos:*
Errante à socero sed gravidata, Thamar,
Externas inter mulieres prima locatur
Christo *avia: hæc geminos non sine labe, parit*
Zaram, *ac insignem magna virtute* Pherezū,
Cuius spectata est integritate fides:
Sed domus Esromū *sobolē,* Aminababq́; *ne-*
(Sponsis optandâ prosperitate) tulit (*potem*
Amramumq́; *dedit* Mosi, Aroniq́; *parē-*
Affinem quorū, clare Naasson, *agis,* (*tem,*
Ac genealogiæ Davidis Davididæq́;
Christi, *divino munere, iunctus ines:*
Salmona *progeneras: hoc explorante, Rahabæ*
Hospitio, inde thoro, subruitur Iericho
Conservatur ab hoc, quem conservaverat antè,
Ethnicáq́ Ebræo iungitur inde viro.
Quàm Deus *in sanctis mirus, dictisq́ fidelis*
Omnibus & factis conspiciendus adest?
Gentibus Isacidas iungit, sacrisq́ profanos:
Dans peccatores pœnituisse malè,
Dum resipiscentes à se non reiicit ullos:
Christum *nasci ex his sexu abutroq́, facit.*

CALEBVS.

IN *viridi vegetus duras,* Calebe, *senectâ:*
Exploratoris munere, sive Ducis.

Cum

Cum Iosue exploras Cananæi regna sodale,
Et subigi Isacidûm milite posse, refers,
Dum reliqui, incussâ populo formidine magnâ,
Damna, necemq; tibi conciliare parant,
Obruere & satagunt saxisvé minisvé petitum
Te: tamen horrescis saxa minasq; nihil:
Confisus Domino *cœli terræq; marisq;*
Diffisusq; hominum viribus, atq; tuis,
In promissa venis, Iosua comitatus amico,
Regna: nec extinctis per loca sola viris:
Prolibus & patribus quotquot, duce Mose, relictâ
AEgypto, rubri per vada iêre freti.
Præmia promissæ regionis, Hebrone sub ipso
Consequeris Iova *prospiciente tibi,*
Tresq;, gigantæo vastâ sub mole stupendi
Corporis, expolias Vrbibus ipse, duces,
Demonstrasq; Deum *facilem sperantibus in se*
Et fisis illi, semper adesse pijs:
Demonstras pariter venturæ posteritati
Hac senij rarâ dexteritate tui,
Quàm bona divino res sit confidere verbo:
Id verax, cunctas res stabilire potest.

THOMAE

THOMAE MITIS LYMVSAEI

SYNOPSIS BIBLICAE,

CORONIS III.

Argumentorum lectionis Propheticæ, Apostolicæ, ac Evangelicæ, festis Ecclesiæ anniversarijs.

Dom: I ADVENTVS CHRISTI. Zach: 9.

REx humilis Solymas subiget, subvectus asellâ:
Gaude, gnata Sion, plausuq; tuũ excipe regem.

Exuscitatio. Rom: 13.

Surgite, Christus *adest: cœcis, lux: vita, sepultis,*
Cœlitùs & verbum terris vitale reponit.

Asella. Matt: 21.

Rex asinâ portate, subi pigra corda tuorum,
Vt tibi decantent Osianna: tuo excita flatu.

Dom: II. Impletio Legis. Rom: 15.

Quod Lex præscribit cunctis, hoc unicus imples,
Christe: *pijs in vitâ & morte, exempla daturus.*

Prævia signa Dei. Lucæ 12.

Christus *ut in Cœlum it: sic Iudex ima reviset:*
Signis monstratus, Superûm choro at undiq; sæptus.

Dom: III. Censura DEI, & hominum 1. Cor: 4.

Iudicio humano divinum est anteferendum
Hoc infallibile, at fallens malè fallitur illud.

Gratia Elogij. Lucæ 22.

Gratia larga Dei signis & voce refulget
Meßiæ exhibiti: elogio utraq; nota Ioannis.

Dom: 4. Gaudia poſt lachrymas. Phil: 4.

Flentibus in Mundo tribuuntur gaudia cœli,
Quæ Deus in Chriſto præſtat mediante rogatus.

Baptiſta. Ioan: 1.

Præco homines undâ, Chriſt⁹ Flatu igneq; tingit,
Cujus Heri indignum ſe dictitat ille miniſtrum.

In nocte NATALIS DOMINI. Tit: 2.

Impietas omnis cedat nato IMANVELI,
Vt benefactorum prægnans ſtet vita renatis.

PATRIA MESSIAE. Lucæ 2.

Editur in ſtabulo divinus Virginis infans:
Laus Deo in excelſis, Genij edunt, paxq; ſit Orbi.

IN AVRORA. Tit: 3.

Iuſticia è Chriſto manat flatu animeq; lotis,
Atq; per id factis cœlorum hæredibus altis.

Hara Bethlæ. Lucæ 2.

Dius harâ in Bethlæ patefit paſtoribus infans
Angelico cantu: læto plauſu agminis æthræ.

In Solis ortu. λόγος. Hebrr: 1.

Ore Patrũ & vatũ reſonãs λόγος antè, tonat nũc,
Quòd rata ſint de ſe ſummi promiſſa Parenist.

Sermo

Sermo Patris. Ioan: 1.

Christus *adest Mundo Servator, Virgine natus*
Matre, Deo *genitus Patre ſæcla ante omnia ſæcli.*

Dom: intra Oct: Vnio Christiadûm. Gal: 4.

Iſacidis gentes in ſexu utroq; fideles
Vnit, & exæquat Iova *Libertate reductâ.*

SIMEON & ANNA. Lucæ 2.

Extollit Simeon iuſtus Chriſtum *ore humeriſq;,*
Quẽ vidua exhibitum Mundo canit Anna ꝓphetans.

Feſt: Circumcis: Lex & Evangelium. Gal: 3.

Lex agit ad Chriſtum, *cuius fiducia ſervat:*
Libertate Evangelicâ iugo at illius exit.

CIRCVMCISIO IESV CHRISTI. Lucæ 2.

Luce ſub octavâ ponit præputia carnis,
Fertq; datum à Genio Salvator nomen in omen.

Dom: I. Poſt Oct. AGNVS DEI. Apoc: 14.

Agne Dei, *Mundo mactate ab origine primâ*
Eius: oves redimens, moderaris ovile Sionis.

Fuga in Aegyptum. Matt: 2.

Herodem Chriſtus *fugiens, Pharo exulat agro*
Septẽ annos: pòſt Nazarethã, functo hoſte, revertit.

Die solenni Apparitionis Messiæ. Esa: 60.

Gloria Meßiæ, Lux Mundi, gratia cœli
Gentibus apparet benedicti Seminis ortu.

MAGI. Matt: 2

Tres quærunt Reges monſtratam lumine lucem,
Iuventamq; colunt, myrrhâ, auro, thure litantes.

MENS, & CORPVS. Rom: 12.

Sanctos ſancta decent: flatu caro fracta teratur
Pars, ambo hæc, maneant divinæ ſedis & ædis.

Dom: intra Oct: CHRISTVS in Templo repertus. Lucæ 2.

Munia obit Patris Chriſtus, *ſacra in æde reptus*
Matri: inter doctos ſapiens ſcitusq; puellus.

Dom: I ab Epiph: Pax & dilectio. Rom: 12.

Pax commune bonum: Dilectio pacis alumna eſt:
Hanc, illamq; colat communio ſancta piorum.

Donum nuptiale. Ioan: 2.

Chriſtus *connubio præſens, undâ in mera vertit*
Principe miraclo: ſocijs Deus *eſſe notatur.*

Dom: II. Membra corporis eiusdem. Rom: 13.

Corporis eiuſdem concordia membra jugantur,
Inq; bonum & munus datâ ſub pace laborant.

Lepra & paralyſis. Matt: 8.

Chriſte

Christe Deus, *verbo sanas lepram et paralysim:*
Militis hanc absens famuli: illam deniq; præsens.

Dom: III. Amor mutuus Rom: 15.

Vt redameris, ama Iovam, Iovæq; *ministros,*
Ac in amore vicem flagrant redde propinquis.

Navicula CHRISTI. Matt: 8.

Evigilans Christus *compescit in æquore ventos:*
Placat id iratum Deus, *ac elementa coercet.*

Dom: IV. Laus Christiana. Coll: 3.

Dignã redde vicẽ Christo, Christiq; *ministris:*
Sermo sit illius carmen tibi: laus sit in hymnum.

Messis, & lolium. Matt: 13.

Messe suâ lolium flammis tradetur Averni
Evulsum manibus messorum, farre relicto.

Dom: Septuag: Stadium & brabæum. 1. Cor: 9 & 10.

Meta boni cursûs, vitæ scopus, & via Christus,
Qui petra sub dio, patribus comes extitit haustu.

AEqualitas mercedis gratuitæ. Matt: 20.

Postremi primis pacta mercede coloni
Gratuitò æquantur cuncti à genitore superno.

Dom: Sexag: Gloriandum in DEO. 2. Cor: 11. & 12.

Gloria nostra Deꝰ, *Pater, Vngena, & Aura duorũ:*
Quo sine, nil scimus, nil possumus, aut retinemus.

Votum. Lucæ 8.

Sim, Deus alme, bonum centupli germine semen:
Vt pro messe tuâ succrescam fruge virenti.

Dom: Quinquag: Dilectio. 1. Cor: 13.

Actus virtutum Dilectio continet omnes
Vna, quibus motis, cœlesti in sede perennet.

Resurrectio CHRISTI, & illuminatio cœci. Lucæ 18.

Fata canens Christ° sua: vitæ, mortis & Heros
Redditæ & victæ, collustrat lumina cœci.

Dom: Quadrag: Tempus acceptum. 2. Cor: 6.

Vita modesta piè, mens sobria & æqua renatis
Parturit à Christo reserati gaudia cœli.

Tentator verbi ense fugatus. Matt: 4.

Tentator triplici aggressus tentamine Christum
Alitibus superis cedit: verbi ense fugatus.

Dom. Reminis: Castimonia utraq;. 1. Thes. 4.

Corpora pura Deo purâ cum mente dicantor:
Hostis hic impuris, fit amicus sanctificatis.

Cananæa. Matt: 15.

Expugnat iaculis Fidei Cananæa, negantem
Christon opē gnatæ, quā dæmonis ira premebat.

Dom:

Dom: Oculi. Christianitas. Ephes: 5.

Purus amor Christi, *puros expoſcit amantes*
In grege Chriſtigeno, ſexu aut utroq; piorum.

Elogium Verbi. Lucæ 11.

Impietas videt Chriſtum, *quem fœmina laudans*
A partu & paſtu: audit verbi effecta præire.

Dom: Lætare. Libertas Christiana. Gall: 4.

Fert Abrahæ hæredē Sara: Agar dat vernula vernā:
Aurea Chriſtigenis libertas it duce Chriſto.

Quinq; panes & duo piſces. Ioan. 6.

Millia quinq; hominū, panes quinq; & duo piſces,
Fragmētis ſportas bis ſex, Chriſti *auctib⁹, implēt.*

Dom: Iudica. Pontificatus perpes. Hebr: 9.

Victima grata Deo *Patri, & pro ſontibus inſons,*
Cæde cruentatus rubrâ, cadit ille Dei Agnus.

Cœna Dominica. 1. Cor: 11.

Dignè ſumendi Cœnam Domini, éditur uſus
A Paulo: contrà, damnatur abuſus in illâ.

Epulum CHRISTIANITATIS. Ioan. 6.

Chriſte, *cruore tuo, tum corpore paſcis alumnos*
Ipſe tuos: firmas recreamine vocis eoſdem.

Aſſertio dogmatis ſacri. Ioan: 8.

Agne Dei, *ſine labe, reos convicis Apellas*
Criminis: aſſertor divini dogmatis acer.

In Ram: Palmm: CHRISTVS IESVS.
Philip: 2.

Christe, Dei *proles, hominum Servator* Iësu:
Inter eos perpes Mediator & unus in ævum es.

Festo Paschæ. Pascha vetus & novum. 1. Cor: 5.

Pascha vetus transit redivivi Paschate Christi:
Sincerè verax id concelebretur, oportet.

Genij & Mariæ. Mar: 16.

Te Marijs Genij redivivum, Christe, *revelant,*
Has q3, revelatum id Petro socijs q3, remittunt.

Fer: 2. CHRITI resuscitati testes. Act: 10.

Christe *redux vitæ es functis q3, salus q3 redemtis*
Iuxta vatum oracla chori, fidem Apostolicam q3.

Comes viæ. Lucæ 24.

En comes it Christus *binis, Emaunta profectis:*
Voce & fracturâ panis se hîc pandit eisdem.

Fer: 3. Redivivus Iësvs. Act: 13.

Iam promissa Deus *nobis implevit,* Iësv
Reddito in hanc vitam, sic Gentium Apostolus insit.

Sequester. Lucæ 24.

In medium prodis fore clausâ, utrin q3 Sequester
Perpes, Christe, Dei *patris q3, hominis q3 redēti.*

Fer: 4. Sanatio claudi, & Concio Petri. Actt: 3.

In re-

In reducis vitæ ſanatur nomine claudus
A Petro, Hebræi reſipiſcant, præcipiente.

Piſcatores. Ioan 21.

Ad mare Tybriadis piſcantibus aſtat Iësvs
Tertiùm & apparens, obſonia poſcit eoſdem.

Dom: I. à Paſchate. Teſtes cœli | terræq;. 1. Ioan: 5.

Indubitata fides ſit teſte poliq; ſoliq;: (q; hîc.
Patre, Logo, Aurâ illic: ſed flamine, ſanguine, aquâ-

Didymus. Ioan: 20.

Fert tangi à Didymo, Dominumq; Deumq; fateri
Se Chriſtus: *vult hoc itidē Evangliſta Ioannes.*

Dom: II. Crux Chriſtiana. 1. Pet: 2.

Quiſq; crucē tollat propriā, Chriſtūq; *ſequatur,*
No malè cōpatiēs Duci: ut hīc itidē aſtra ſubintret.

Paſtor & mercenarius. Ioan: 10.

Paſtor oves curat, quas mercenarius arctat:
Sanguine eas proprio, tum corpore paſcit Iësus.

Dom: III. Vocatio. 1 Pet: 2.

In ſtatione tuâ Iovæ, *fratriq; miniſtra*
Sic, Chriſto *ut valeas etiam relevare propinquos.*

Afflictio piorum. Ioan: 6.

In Mundo afflictis cœleſtia gaudia reſtant (ſti.
Danda abitu & reditu regnantis in omnia Chri-

Dom: IIII. Donatio. Iac: 1.

Cœlitùs omne bonum terris venit à Patre rerum:
Luminis & lucis radio is pia corda serenat.

Flamen Vtriusq;. Ioan: 16.

Aura Patris Nato est pro teste: redarguit Orbem
Peccati per Iustitiam omnem, Iudiciumq;.

Dom: V. Auditor inutilis. Iac: 1.

Nil agit auditor, si non audita capessat;
Religio si non sit ei ob benefacta, realis.

Exauditio. Ioan: 16.

Vis exaudiri? pete Patrem nomine Nati:
Impetrata feres homo quæq; petita fidelis.

THOMAE MITIS LYMVSAEI,

SYNOPSIS BIBLICAE,

CORONIS IV.

Festo Ascensionis. Instructio Apostolatûs. Actt: 1.

Mandat Herus servis, sua dona morentur in Vrbe
Ierusalem: scandit cœlum, hinc rediturus ad ima.

ASCENSVS CHRISTI. Mar: 16.

Ascensu cœlos petis: at sola, Christe, revises
Descensu, ac Evangelio repleta fovebis.

Dom: VI. Christianismus. 2. Pet: 4.

Invigilato preci sanctæ, iussoq; labori:
Fac tua, sis comis, confratres dilige, & orna.

Officia

Officia Spiritus sancti. Ioan:15. & 16.

Christo *attestari, testes recreare fideles,*
In cruce confirmare pios, est Flaminis almi.

Festo Petnecost: Dona Spiritus S. Actt. 2.

Agmina lecta Deo, *Nati & Patris Aura serenat:*
Pectore & ore pio firmata, disertaq; reddit.

Pax Spiritualis. Ioan: 14.

Iehova *pacificos amat, incolit, armat in hostes*
Ac pestes, sacri sacrâ spiraminis aurâ.

Fer: II. Salvator Mundi. Actt:10.

Aura, Pater q; pijs per Natum in vota vocentur:
Mundi est Servator: frater credentibus idem.

Verbigena. Ioan: 3.

Vnigenam Mundo Iova *misit amator: in illum*
Vt credens omnis gauderet perpete vitâ.

Fer:III. S.S.in Gentes effusus. Actt: 8.

Pneuma sacrum cadit in gentes sacro amne renatas,
Nomine seu Christi *tinctas, & numine fisas.*

Ianitor Cœli. Ioan. 10.

Qui capit atq; sapit Christum, *subit eius ovile: id*
Ianitor & pastor claudit, reserat q; bidenti.

Festo S. Trin: Sapientia & Iudicia Dei inperuestigabilia. Rom: 11.

Est incredibilis Dei *amor, tutelaq; nostrum*
In genus, est ingens quoq; abyssus iudiciorum.

Renascentia. Ioan: 3.

Amne sacro, & flatu loti, sunt mente renati:
Christigenæ sunt Iustitiæ velamine tecti.

Dom: I. Post Trin: Amor DEI & proximi. 1. Ioan: 4.

Vera Dei *& fratrum Dilectio, constat in actu*
Cuius es exemplar famulis, Rex Christe, *statutũ.*

Lazarus ac Epulo. Lucæ 2.

Lazarus hîc mâlis cœlũ, quàm Lurco Gehennam,
Quâ cruciatur hic, Abrahami gremio ille beatur.

Dom: II. Dilectio Christiana. 1. Io: 2.

Christicolis veri est exemplum Christus *amoris*
In Iovam *& fratres; frater fraterrimus illis.*

Cœna magna. Lucæ 14.

Rex epulum præbet cuivis cœnare parato:
Ingratisq; dapes Cœnæ illius usq; negabit.

Dom: III. Arma piorum. 1. Pet: 3.

Vmbo spei, scutum fidei, ensis deniq; verbi
Tam vires Orci, quàm tela inimica retundunt.

Ovis inventa. Lucæ 15.

Pastor ovi inventæ gaudet: sed fœmina dragmæ:
Perdita conquirit, curatq; inventa Redemtor.

Dom: IIII. Crux Mundi, gloria cœli. Rom: 8.

In cruce mundanâ recreat spes cœlica victos:
Illa brevis valdè, hæc durabilis extat in ævum.

Trabs

Trabs & festuca. Lucæ 6.

Sis pius in fratres, genitor cœlestis ut in te est:
Præ festucâ horum, tibi trabs oculo ejiciatur.

Dom: V. Sectæ. 1. Pet: 5.

Nil hostile magis suffert Ecclesia sectis,
Quas sua ad extremum scissas violentia perdet.

Benedictio DEI ditat. Lucæ 5.

Dives erit, Christi Verbo qui sudat & alget,
Exemploq; Petri sua retia ducit in altum.

Dom: VI. Lucta perpes. Rom: 6.

Vita renatorum sit mortificatio carnis:
Peccato functi, Iovæ vivamus, oportet.

Lex Spiritualis. Matt: 5.

Lex motus puros cædis sine bile requirit,
Iustitiâ interno cordis fluitante recessu.

Dom: 7. Libertas & Salus. Rom: 6.

Sons, Satanæ manceps, sit Christi *liber* Iësu
Munere, quo partam sibi fert tribuente salutem.

Benedictio dia. Mar: 8.

Sola Dei *cibat & ditat benedictio:* Christus
Millia ut hic quatuor, septeno pane repascit.

Dom: 8. Adoptio Filiorum DEI. Rom: 8.

Aura Dei *est ductrix: collapsos erigit omnes,*
Nos & adoptivam prolem illius esse fatetur.

Lupina pellis sub ovilla veste. Matt: 2.

Sunt vestigandi sub ovilla veste latentes
Ore piloq; lupi: noscenda est fructibus arbor.

Dom: 9. Velle & posse à DEO 1. Cor: 10.

Iova est orandus, det velleq; posseq; rectum,
Quo sine nil penitùs scitur, valet, efficiturvé.

Dispensator iniquus. Lucæ 16.

Vtere concessis, refoveq; benignus egenos,
Aeternas & opes, studio ut quoq; lucra negato.

Dom: 10. Concordia discors. 1 Cor: 12.

Aura Vtriusq; beat diverso munere cunctos,
Vt concors maneat studijs concordia iunctis.

Fletus & Zelus CHRISTI. Lucæ 19.

Casum flens Vrbis, Christe, *ejcis Aede Simones,*
Quæ sacrata preci, non sit spelunca latronum.

Dom: 11. Resurrectio mortuorum. 1. Cor: 15.

Mortuus est nobis Christus, *nobisq; revixit*
Nos uti propter eum redivivo corpore stemus.

Pharisæus & Publicanus. Lucæ 18.

Gratia larga Dei *comitatur crimina fassum,*
Atq; magis iustum præ iactatore superbo.

Dom: 12. Nostra ex DEO sufficientia. 2. Cor: 3.

Est homo nil, Christi *ductu sineq;, auspicioq;:*
Fidat ei in cunctis: sibi sed diffidat, oportet.

Membra

Membra DEO pateant. Mar: 7.
Lingua Deum *resonet, cor excolat, auris aperta*
Audiat in Verbo q̃ sacro, Mysta q̃ loquentem.

Dom: 13. Lex & Evangelium.
Gal: 3.
Gratia peccatum superat: Legem hostia Christi:
Vox Evangelij præcordia recreat icta.

Messias & proximus. Lucæ 10.
Danda Deo *pietas est prima: secunda propinquo;*
Seminecem Samarita adit hospitio q̃ reponit.

Dom: 14. Mors & vita utraq;.
Gal: 5
Vtraq; carnis opus mors est: vita utraq; mentis:
Hanc sectare ducem: devita sedulus illam:

Vnus ex decem leprosis. Lucæ 17.
Fit Samarita Deo *gratus: de stirpe novenis*
Hebræa ingratis Christo, *leprâ q̃ levatis.*

Dom: 15. Laus à fine. Gal: 5. & 6.
Non it principio, aut medio, sed fine operi laus:
A Deo *id incipiat, medium ferat exitu in apto.*

DEVS & Mammon.
Iehova *sit curæ tibi, Mammon ne obsit: iniquus*
Hic illum siquidem super omnia negligit æquum.

Dom: 16. Votum. Eph: 3.
Pectora nostra colat, sed vota secundet Iësus,
Cui cum Patre Deo, *cum Flamine gloria crescat.*

Redivivus

Redivivus Naimensis. Lucæ 7.

Orphanus à Christo *vitæ, matriq3, marito*
Redditur orbatæ: tumulandus funere Naim.

Dom: 17. Vnio Christiana. Eph: 4.

Vnica Christigenis sit mens, Iovaq; *unicus, unũ est*
Cêu Baptisma, Fides communis, & una quibusvis.

Hydrops & accubitus. Lu: 14.

A Christo *sanatur hydrops sine Sabbati abusu:*
Ac cubitus vita primos, sponso hospes amicus.

Dom: 18. Alimonia mentis. 1. Cor: 1.

Christus *adest servis Rex spiritualis & altor,*
Cultores q3 suos idem sit dives in omnes.

Davidides. Matt: 22.

Tentandus non est Davidis gnatus & Heros,
Agnoscens qualem Flatu deprædicat ille.

Dom: 19. Novitas vitæ, & studij. Eph: 4.

Aura sacrata novo veterem commutet Adamum:
Vera sonent omnes mendaci voce relicta.

Opus divinum diversimodè acceptum. Matt: 9.

Christe De⁹, *curans paralysim, crimina donas:*
Blasphemus Scribis, populo reputaris Iësus.

Dom: 20.

Dom: 20. Sobrietas & luxus.
Eph: 5.

Sobria vita Deum *rogitat, quem luxus abhorret:*
Ad Psallendū author nusquam, vel idoneus unquam.

Vestis nuptialis. Matt: 22,

Rex epulum præbet cunctis regale vocatis:
Hoc aspernati, prætendunt frivola plures.

Dom: 21. Armatura Christiana.
Eph: 4.

Robur & arma pijs stygios Deus *addit in hostes:*
Thoracem Aequi, ensem Verbi, galeamq; Salutis.

Infirma fides Reguli. Ioan: 4.

En infirma fides usum vitæ impetrat ægro:
En Christo *credens, Pater audit vivere gnatum.*

Dom. 22. Agnitio DEI. Phill: 1.

Cognitione Dei *viventis, propitijq;*
Et iusti, afflictæ surgit fiducia menti.

Mulcta immitium. Matt: 18.

Conservi pressor, veniâ est indignus herili,
Quam Deus *ignaris miseri miserescere non dat.*

Dom: 23. Statio tuenda. Phill: 3.

In statione data stet quisq;, & inania vitet:
Impositis terrâ, sit conversatio in astris.

DEVS & Cæsar. Matt: 22.

Vult sua ferre Deū Christ⁹, *sua ferre Monarchā*
Illius hic vicem obit, terras ditione gubernans.

Dom: 24.

Dom: 24 Illustratio mentis. Col: 1.

Luce illustratis sanctâ, chaos omne fugatur
Mentis, ut aprentur sanctorum in lumine sortis.

Virgo rediviva, & mulier sanata. Matt: 9.

Filia Primatis rediviva it munere Christi
Virgo: sed attactu sanatur fœmina vestis.

Dom: 25. Messias. Ier: 23.

Germen iustificans Israli fertur utriq;
Promissum atq; datum servando cœlitùs Orbi.

Vis fidæ precis. Matt: 24.

Publica damna, simul privata, precatio fervens
Mitigat, aut tollit placando Numinis iram.

Dom: 26. Mors & resuscitatio. Thess: 4.

Ceu moreris nostri causâ, sic Christe *resurgis:*
Vt functos tecum hîc, vivos quoq; in astra reducas.

Vltima dies Iudicij. Matt: 25.

Iudicis esto memor, qui dicet: Abivé, Venivé:
Lætius hoc nihil est, nec erit; nil tristius illo.

Festo dedicat: Templi. Apocal: 21.

Vrbs nova Ierusalem, quæ pacis visio, signat
Sortem electorum sub conditione perenni.

Zachæus. Lucæ 19.

Audit,

Audit, & in Christum *credit Zachæus, & édit*
Christicolâ dignos cultus ex mente benignâ.

THOMAE MITIS LYMVSAEI

SYNOPSIS BIBLICAE,

CORONIS V.

Epistt: ac Evangg: de Sanctis utroque sexu.

Die S. Andreæ. Confessio. Rom: 10.

Cor pro Iustitia facit: ore professa salutem
Mens, ex auditu verbi benè fida, quiescit.

Piscatio CHRISTI. Matt: 4.

Voce sua quatuor piscantes prêndit Iësus:
Cum Petro Andræam, Zebedæam deniq; prolem.

Die S. Thomæ. Beatitas. Eccles: 14. & 15.

Ille beatus homo est, cui dat sapientia pastum,
Iustitia at vegeto potum recreamine mentis.

THOMAS. Ioan: 20.

Quàm bonus est Ias *humanæ gentis alumno,*
Cuius ab attactu redivivus scitur Iësus?

Die Conversionis Pauli. Actt: 9.

E Saulo Paulus, Christiq; *fidelis amicus*
Hoste fit è rabido: lupus immutatur in agnum.

Omnia

Omnia sordeant præ CHRISTO.

Matt: 9.

Linque domum patriam, Christiq; *requre benigni*
Sedes ut cœlis omni potiaris in ævo.

Festo Purificationis Mariæ. Mal: 4.

Præcursor Christi, *Præco, & Baptista Ioannes,*
Officio Genij fit, martyriq; coronâ.

Præsentatio CHRISTI. Lucæ 2.

Virgo Maria, parens sobolem patri Alma superno
Sistit, ut à nobis peccati onus omne reducat.

Die S. Mathiæ. Sortes iactæ.

Actt: 1.

Præ Ioseph Iusto, Matthias sorte pusillus
Eligitur iactâ: pravi successor Iudæ.

Electio XII. Apostt: Matt: 10.

Bis senos numero socios elegit Iesus,
Vt sibi venturo, signis nova regna pararent.

Festo Annunciationis Mariæ Virg:

IMANVEL. Isa: 7.

Virgo, Deum *atq; hominē sub partu pferet uno:*
Salvans & redimens genus ut foret Imanueli.

Legatio cœlica. Lucæ 1.

Virgo Maria Dei *Legato credit:* Iesum
Concipiens sacro spiramine, pura renidet.

Die S. Marci Evangelistæ.

Ezech: 1.

Bis duo Scriptores Evangelij effigiantur
Quattuor expressis animantibus, oreq; vero.

Abusus opum. Lucæ 18.

Divitiæ magno præbent obstacula abusu,
Ne fera gens hominum regnum cœleste subintret.

Die SS. Phil: & Iac: Tolerantia crucis. Sap: 5.

Iusti persistent constantes in cruce quavis:
Aeternùmq; Dei reddentur sorte beati.

CHRISTVS & Pater, unum sunt. Ioan: 14.

Christus *ut in Patre est, ita in hoc est ille: sed*
Cernit in ambobus fidei pius omnis ocello. (*ambos*

In Natali Ioan. Baptist. Isa: 49.

Non tantùm Isacidas, sed & ortos Gentibus ad se
Et sua templa Deus, Christi *agnitione vocabit*

Nativitas S. Ioannis miraculosa. Lucæ 1.

Zachariæ Gabriel Ioannem prodit Eliza
Nascendum: os muti resolutum vaticinatur.

Die Petri & Pauli Apostt. Liberatio Angelica. Actt: 12.

Paschate finito, Petrum mactare volebat
Herodes: necat hunc Genius, sed liberat illum.

Confessio Petri. Matt. 16.

Petrus

Petrus de petra Christo *mysteria fassus,*
Efficitur verus cœlorum claviger illi.

Festo Visitat: Mariæ. Cantic: 2.

Sponsus adit Sponsam, sed eidem invisitur idem,
Perfruiturus eâ parilis per gluten amoris.

Synodus I. Novi Testamenti. Lu: 1.

O Synodum sanctam: gressu iunguntur amico
Sancti uteri; his miles Regi complaudit ovatq3.

Die Martyrum Bohh: Ioan: Hussij, ac Hieronymi Prag: Hebr: 11.

Est invicta fides sanctorum: regna per ipsam,
Vim pariter quamvis vicerunt ignis & ensis.

Martyr CHRISTI. Matt: 16.

Qui vult cum Christo *regnare, sequatur eundē*
Intrepido semper passu per saxa, per ignes.

Festo Divisionis Apostolorum. Rom: 10.

Cor basis est Fideiq3, *os Iusticiamq3 professum,*
Nomina magna Dei *facit exorare fideles.*

Promulgatio Evangelij. Lucæ 16.

Discipulos Christus *totum dimittit in orbem,*
Servandis Evangelion cœleste sonarent.

Die S. Mariæ Magdalenæ. MATRONA. Prou: 31.

Quæ pia, quæ prudēs, quæ casta, domi & foris auget
Rem Mulier, Dominoq3, *viroq3, pbata placebit.*

Peccatrix.

Peccatrix. Lucæ 7.

Fœmina peccatrix sua deflens crimina, Iësum
Exposcens veniam Fide, Amoreq́, solvitur illi.

Die Iacobi Maioris. Fraternitas. Rom: 8.

Qui Iovam *redamant, cõmunia quæq́ p ævum*
A Patre cœlesti, cum Christo *fratre, reportant.*

Calix & Baptisma. Matt: 20.

In Christi *regno, Baptisma, calixq́ refertus*
Felle, vigent: procul hinc mundani it gloria fastûs.

Die Transfig: IESV CHRISTI. 2. Pet: 1.

Est transformati Petrus acer testis Iësu,
Cum Mose, Heliâq́ in Thabore monte, loquenti.

Transfiguratio CHRISTI. Matt: 15.

En transformatur Christus, *loquiturq́ Moisi*
Heliæq́: levat socios formidine mentis.

Die S. Laurentij. Sementis. 2. Cor: 9.

Qui parcè sparsit sementem, parcius ipsam
Demetet, ac reliquis tradet sine fruge serendam.

Grani fertilitas mortui. Ioan: 12.

Granum frumenti terrâ si commorietur,
Fertile erit multum: caro sed rediviva nitebit.

Die Assumtionis Mariæ. SAPENTIA DEI. Eccl: 24.

Alma Sophia Dei *cœlestes spirat honores*
Mentibus, & gratis divinos afflat odores.

Martha

Martha & Maria, sorores. Lu: 10.

Non Marthæ assecias, Mariæ sed nos decet esse,
Vt Verbi auditu mentem pascamus in horas.

Die Barthol: Templa DEi viva.
Eph: 2.

Viva Dei, *in* Christo *fundantur templa fideles,*
Flatu Vtriusq; super divina volumina structi.

Electio XII. Apost: Mar: 3.

Bis senos Christus *socios sibi deligit, irent*
Sparsum sementem Verbi, morbosq; fugarent.

Die Nativitatis Mariæ. IMANVEL.
Esa: 7.

Immanuel Mundo nascetur Virgine, signi (tor.
Vt vice, id omnipotens ad Achas Deus *adstruit au-*

Genealogia CHRISTI. Matt: 1.

A Patriarcharum, Regumq;, Patrumq; sacrato
Germine Servator descendit origine Christus.

Die S. Matthæi. Donum Gratiæ.
Ephes: 4.

Vnicuiq; data est divini gratia dono
Afflatus ferat hanc ad Christi *opus ædificandum.*

Vocatio Matthæi. Matt: 9.

Fit vir Apostolicus modò, qui fuit antè telonus:
Ad resipiscendum sontes vocat undiq; Christus.

Die S.

Die S. VENCESLAI, Ducis & Martyris Bohemici. Eccl: 31.

Ille vir est felix, qui cor haud subdidit auro,
Nil stirpe elatus, clemens & largus egeno est:

Lucrum animæ corporeo præferendum. Matt: 16.

Nil iuvat in Mundo vel opes, vel sceptra lucrari,
Aeternùm pereat si mens humana per isthæc.

Festo Michaelis. Victoria Cœlitum. Apoc: 12.

Exturbat cœlo Michael castra Draconis:
Cœlicolæ magni hinc Agnum super omnia tollunt.

Custodia Angg: Matt: 18.

Non superesse potest Ecclesia quolibet ævo,
Ni tutetur eam Genijs Deus *ipse supernis.*

Die Lucæ Evang: Beneficentia CHRISTI. 2. Cor: 8.

Gratia sit Christo, *qui pauper, divite cornu*
Lucam Evangelicum scriptorem contulit Orbi.

Messis Evangelica. Lucæ 10.

Messi Evangelicæ Christus *designat alumnos*
Septuaginta alios, & mittit in ordine binos.

Die Simonis Iudæ. Spes non pudefit. 1. Pet: 1.

Spes præeunte Fide, nullum confundet Iësu
Numine subnixum, & fidentem nomine magno.

Membra sint CHRISTO capiti conformia. Ioan: 15.

Christicolæ Mundo sordent: exempla Magistri,
Servent discipuli, & Domini præcepta, ministri.

Festo S S. omnium. Numerus signatt: Apoc: 7.

Innumerabilis est signatorum ordo cohortis,
Est quibus una salus tamẽ omnibus ille Dei *Agnus.*

Octo beatitudines. Matt: 5.

Octo beatorum classes proponit Iesus,
Quos manet in cœlis, post tot discrimina, merces.

Die Mortuorum memoriæ. 1. Thess: 4.

Ex obitu carnis, vitæ it potioris origo
Menti, quæ Christo *sociabitur omnibus ævis.*

Resuscitatio mortuorum. Ioan: 5.

Iudicis ad Christi *sistetur quisq; tribunal*
Digna recepturus vitæ seu præmia mortis.

LAVS DEO, CREATORI, REDEMTORI, SANCTIFICATORI.

Laus tibi sit soli, Iova *Plastes,* Iova *Redemtor,*
Consorsq; & compar Ambobus, Iova *Sacrator.*

THOMAE

THOMAE MITIS LYMVSAEI,

SYNOPSIS BIBLICAE,

COROLLARIVM.

PRO CHRISTIFERO ET CASPARE fratri Raysky à Dubnice: Viros Nobilitate literata conspicuos, &c.

PRECATIO AD CHRISTVM IESVM.

Ex Rythmis antiquis Compendij Historiæ Evang: Actuum Apostl: & Apocal:

M. Matthæum. R. Marcum. L. Lucam I. Ioannem denotat.

Christe Iesu, *nate Nobis ex Maria virgine,* M. 1.
Carne circũcise: *Patri oblate ad Arã ædis sacræ*
Deno & ætatis ter anno, Lote Iordanis vado. L. 2.
Post, quadraginta dierum termino, jejunium, M. 3.
Post triplex tẽtamẽ acris post duellũ dæmonis, 4.
Angelis use administris: da hos mihi Aurâ cũ tuâ:
Qui Ioãnẽ *vẽtre matris das salire Prodromũ,* L. 21
Et Magos *pducis ad te prævio, stellâ, duce* M. 2.
Ac mero convertis undas ad Canæi nuptias: I. 3.
Qui resolvis colligatum fune mutũ dæmonis M. 9.
Fæmiãq; hemorrhoisã ãnos in octo cũ decẽ. L. 13.
Et carentẽ fruge ficum prorsus aridã efficis: M. 21.

Qui maris ſævi procellas tundis, & vento impas, 8.
Piſcis & ſtatere naulū ſolvis, ac eum approbas, 15.
Et ſocrum Petri malignâ febre verbo liberas. 8.
Qui pundas, terra cêu ſit, pōderoſus ambulas M.13.
Teq; trāsformas loquētē Moſi Heliæq; & tuis 17.
Thabor in monte, hîcq; mandas omnibus ſilentiū.
Panibus ſeptem virûm bis bina paſcis millia, M.15.
Corbibus tot ut ſuperſint lecta ab illis fragmina:
O Deus mihi miniſtro ſponte ſubveni tuâ.
Qui repulſo Dite, ſurdo reddis auditum viro, L.11.
Vinculoq; oris ſoluto, das loqui miro modo, M.9.
Parlyſi mādās levato, vadat et thorū auferat: R.5
Qui ſinis nigras cohortes Dæmonum ingredi ſues,
Quæ placēt tibi, Deus, me fac probè cognoſcere,
Notaq; effectus ad ipſos pleniùs deducere:
Qui decē leprâ repurgas, gratū at unū ꝓcipis L.17.
Pane quino millia īples q̄nq;: corbes bisq; ſex I.6.
Et Syrophœniſſæ alūnāliberas à Dæmone: M.15.
Qui cruoris ꝓfluento ſublevas Marthā hoſpitā, L.8.
Me tuo cruore lotum pone terſum ſordibus:
Labe fœdi me reatûs ſoſpitator expia:
Qui graves lapſus fatentē, publicanū reſpicis: L. 18.
Phariſæi vanitatem ſed ſuperbam deſpicis,
Et manum ſanas cuidam ſupplici tuo aridā. 8.
Qui pȳ Centurionis vota clemens perficis, M.8.
Sanitate reſtituta ſervulo abſenti ipſius;

Subdolum

Subdolum quod cernis in me, quod, pfanũ, corrige.
Qui vocas tibi Zachæũ Sicomoro ab hoſpitẽ: L. 19
Fraudib⁹ teloniorũ ſubtrahis Matthæũ itẽ. M. 9.
Pòſt tibi ſanatur hydrops: Bartimæ⁹ res videt: L. 18
Qui febrem curas acutam Reguli abſens Filij, I. 4.
Cor meum perfunde ſucco gratiæ, dono ex tuo;
Vt tibi gratus viciſſim, gratias agam Deo.
Qui Mariæ fletũ amarũ Magdalenæ reſpicis, L. 7.
Et Fide ſalvam redonas pace, terſam crimine,
Ac tibi arbitro relictã, ſoſpitas adulteram: Ib. 8.
Qui luto & ſputo remiſtis, cœca lumina illinis, I. 9.
Gratiam mihi tuam ne ſupplici nunc denega,
Vt tui reddatur à me prædicandi gloria.
Qui Iairi à morte ſomni filiam mirè excitas, L. 8.
Orphanumq́ Naimenſem mortuũ reſuſcitas, Ib.
Lazarumq́ fœtidum iam: me tibi fiſum bea. I. 11.
Qui pigrâ means aſellâ, Ieruſalẽ ultimò ſubis, M. 19.
Aedeq́ eÿcis Simones: æra menſis diſjcis, I. 12.
Ac cohæredes puellos vis & aſſeris tibi: M. 21.
Qui malis læſus quibusvis, ipſe lædis neminem,
Nec ſinis lædi à Tyrannis, aut hypocritis item,
Ad mei defenſionem, Chriſte, *ſemper adveni.*
Qui tui hoſtis, aure Malchi reſtitutâ, fis pius, L. 22.
Abnegatoremq́ Petrum ſponte reſpicis tuâ, Ib:
Et latroni te petenti cuncta laxas crimina: Ib: 24.
Qui manus tuum in paternas tradis ultrò Spiritum:

Esse consummata dicens cuncta, mittis halitum,
Gratiam mihi tuam da, commori tecū ut queam.
Qui flagella, opprobria, spinas, & crucis necē subis M. 27
Dux tuoq; exemplo præbes insequenda militi,
Cum beatis sempiternâ luce tu me sospita.
Qui, Deusq; homoq; verus, exspiras sono:
Concutis clamore terram, Solis obstruis ubar:
Saxa, velumq; AEde scindis, busta findès mortuis,
Quos tibi resuscitâsti morte victâ perpeti,
Me tuum hoc ab incolatu corporis miserrimi,
Redde patriæ polari: sistè patri cælico.
Qui dedisti morte vitam, vi refractâ dæmonum,
Præda & exutorum ab Orco liberasti credulos,
Me, Redemtor alme, salua: supplicem tibi bea.
Qui die ternâ resurgens vivus appares tuis,
Et quadraginta diebus doctor es, censorq; eis,
Quòd tibi resuscitato, testibusq; haud crederēt.
Astra scandis, & parenti dexter assides tuo,
Noster ac eius Sequester, par & illi in omnibus:
O Iēsv Christe, salva sexu utroq; supplices.
Qui sacratū pneyma donas ignea lingvis nota, Act:
Vt docerent ac sonarent læta verba Evangelî 2.
Gentibus disseminatis orbe toto, Apostoli:
Sis quòd illis constitutus patre Iudex à Deo:
Tac, novissimâ dierum, fineq; huius sæculi,
Te parentem sentiam tunc, non severum iudicem.

Qui

Qvi Mathiam sorte lectum, Proditori surrogas, 1.
Et Petri sermone primo terna vertis millia 2.
Ac stipem claudũ petentẽ, ianuâ in Tẽpli erigis 3.
Coniuges, Ananiam cum Zaphirâ oris subdoli, 5.
Quo tibi, omne noscitanti, mentiuntur, enecas.
Langvidos sanas Petri umbrâ vestiumvé fibriâ 16.
Carcere hunc Herodis atro, liberas per Angelum 11
Dorcaden potente verbo suscitas è mortuis. 9.
Mactet, absumatq; missos, vis, Petrus sibi cibos 10
Protomartyri videndum das te ei stãtẽ ad Patris 7.
Dexteram, quòd invocãti subvenire promtior,
Sis paratus ad coronam supplici dandam tuo.
Nuncias famem futuram per Propheten Agabũ, 11.
Evnucho à loto Philippum tollis impetu ad sua 8.
Sternis Herodem superbum rosione vermium: 12.
Vt Deum qui se putaret, sive numen terreum,
Esset arrogante fastu, mox pediclis in cibum:
Me tuum, quem carne sumtâ tu induisti, sospita.
O Deus cui Saulus altâ claritate cœculus, 9.
Mente at in Paulum novatur luce sancti Spiritûs,
Quo repletus, organon sit gratiæ electum tuæ.
Prædicando Messiã te, confiteturliberè : 19.
Arguit sed id negantes, ac refutat strenuè:
Helimam cœcãs, reatûs pœnitentem, illuminat 13
Ad fidem convertit idem Sergium Proconsulem
Claudum at erexit: puellam reddidit Phytonicã

Perdito quæstu ex herili parte, conquerentibus.
Terreæ concussonis motibus carcer patet, 16.
Quando custodem lucratur vota fundens cũ Silâ
Pòst Deũ ignotũ *te Athẽis p̃dicat doctissimis.*
Hic Arêopagita clarans, vertitur fidem ad tuã. 17.
Eutychus casu necatus, suscitatur p̃tinùs 20.
Agabus Zonâ ligandum p̃priâ Paulũ induit, 21.
Ierſalem, dicto vale iam congregatis fratribus,
Intrat, expertus Prophetæ veraibi præsagia
Per biennalem Vrbe magnâ Cæsaris, custodiam.
Missus it Romam, veneno viperæ nec disperit, 28.
Insulâ postquam Melitæ fomitem igni colligit:
Me, Deus, *lethali ab angue saucium sana tibi.*
Qui Ioãni arcana p̃dis: facta vẽtura explicas apoc:
Ac ei monstras decorâ Iudicẽ indutum togâ, 1.
Enseq́3 armatũ ambidextro, sontium q́3 vindice
Siderum septem coronam: magna candelabra tot,
Insup sedes decem bis, quattuor q́3, & tot Senũ,
Arbitriq́3 differentis voce præclarâ, sonos.
Fulgurum & tonitruorum fulgetra exibrantium:
Pluriũ Iridem colorum, lampades septem quoq3:
Fulgurũ æquor, bruta vocis plena, ocellorũ insup.
Cantiones virginales & Lyrâ canentium,
Et librum, septem sigillis qui fuit clausus bene, 5.
Ac apertus à Dei *Agno, victimâ Mundi sacrâ.*
Inde sessorum caballos discoloribus pilis, 6.

Martyrum

Martyrũ Christi *sonoras* voce *mẽtes supplici:*
Siderũ ecclipses cadẽtũm cœlitùs terræ in globũ.
Angelum Angelos tenentẽ quattuor, tot angulis
Terreis hi ne nocerent, impleantur dum notæ 7.
Frontibus signatæ in horũ, q. forèt sancti greges.
Vim tubæ septem Angelorum, subsecutis cum malis
Seu mari, terrâq; damnis, naviumvé incendijs, 8.
Fontibus necnon amari per saporem absynthij.
Insuper sacram duorum testium prophetiam, 11.
Enecandorum per egressam ex abysso, bestiam:
Tertio at resuscitandorum die: iungas me eis.
Quì Ioanni glorioſam *das videre fœminam* 12.
Corporis cultu venusti, Sole amictam lucido
Et coronatam orbe bis sex siderum contextili:
A Dracone liberatam, vasta eremo, alis quoq;
Prole at ipsius virili, sedibus cœlestium
Destinatâ sempiternis, & locatâ ab Angelis.
Victa & exturbata cœlo sunt Draconis agmina
Micaelis à superni copijs victricibus:
Angelorum falce fruges messæ arenas deserũt. 14
Vasa septem sunt Dei *iræ fusa terris & mari,* 16.
Huius illarumq; damnis invicem sequentibus:
Per Meretricẽ ebriosam sanguine & deditã. 17
Sathanæ vim mille in annos colligatam deniq;, 18.
Postq; eosdem liberatam de profundo tartari:
Sed relegatam deinceps in Gehennã sulphuris.

Agmen inde mortuorum vitæ & astris redditum,
Et suos actus secundum, iudicatum à Iudice,
Mundialemq; innovatam per favillas, machinam.
Ierſalemq; urbem beatam præparatamq; à Deo
Nymphiam, necnon meantem de ſuperno culmine
Civitatem: luce fultam ſub qvadrato ſaxeo.
Sex bis hanc portis decoram cum tot unionibus:
Stratam habentẽ auro plateã, cuius amnis irrigat
Purus: arbor illa vitæ ripam utrinq; deſpicit.
Per duos decemq; menſes fructibus ſpectabilis,
Vernat, ac ſemper vireſcit, ſemper extat fertilis.
O Deus, *tuo dicatam me fac ædem nomini.*
Criminum remiſſionem fer tuo, Rex, ſupplici:
Corpus in buſto recumbat: mens petat ſedes poli:
Me, noviſſima dierum pertrahas ad te huc ubi es.
Vni Trinum te celebrant ſempiternis laudibus
Angeli thronis in altis, cum beatis omnibus:
Me tuis gaudere donis da per omne ſæculum.

Dominica Oratio in Odas 9. redacta pro Scholis Bohh:

PROOEMIVM AD PATREM cœleſtem.

COEleſtis & noſter parens,
Proli tuæ clemens ades

Ipſamq;

Ipsamq; adoptatam Tibi
Per Filium, Aurâ consove:
Vt te parentem cœlicum
In Vngenâ tuo colat,
Ac utriusq; Spiritu,
In sorte quavis invocet.
Quid patre gnatis dulcius?
Vno quid hoc augustius?
Aut in necessitatibus
Cunctis quid efficacius?
Illo potissimum patre,
Qui noster, haud extraneus,
Per cuncta clemens & bonus,
Doni est corona totius?
Qui cœlicas sedes colit,
Vbi beatorum quies,
Et vita perpes degitur
Interminato tempore.
Idem pater mortalium,
Vtroq; sexu pignora
Plastes alit, custos regit,
Ac rebus in arctis respicit:
Quæ Filio Dei fidem
Habent, & acti Spiritu,
Abba abba, concinunt, pater,
Ades soboli salutifer.

PRO DEI NONINE SANctificando.

LArgire filijs, rerum parens, tuis,
Vt sanctificetur nomen in Mundo tuum,
Per se tametsi ubiq; sit sanctissimum,
Necnon per omne tempus augustissimum.
Fac, hîc colatur, ac ubiq; gentium,
In puritate sacrosancti dogmatis
Et maximâ sinceritate cultuum,
Et concelebratione Numinis tui,
Amoreq; & promotione proximi,
Integritateq; actionum, & sensuum.
Extermina illud omne, quòd nomen tuum
Iniuriâ, tum contumeliâ afficit:
Nimirum adulterationem dogmatum,
Profanitatemq; in tuâ re, cultuum,
Ministerijq; Ecclesiastici ordinem
Perversum abusu, sive pravis moribus,
Impuritateq; actuum notabili.
Largire filijs, rerum parens, tuis,
Vt sanctificetur nomen in Mundo tuum.

PRO ADVENTV REGNI DEI.

COetus sacri augeantur indies tuæ,
Deus *parens, Ecclesiæ.*
Et proferantur undequaq; amplissima
Regni tui pomœria; Longissi-

Longissimeq́ extenta promicet tui
Sceptri potestas & salus,
Quâ dæmonis pessumdatâ tyrannide
Et actibus nefarijs,
Totius in tuum Vngenam fiduciæ
Communiantur robore,
Et imbuantur Christianis moribus,
Panopliâq́ spiritûs
Adversus hostium malignos impetus
Luemq́ diram pestium.
Fac, ad fidelium greges accessio
Permagna fiat indies:
Fac, augeantur, ô Deus *pater, tuæ*
Cœtus sacrati Ecclesiæ.

PRO DEI VOLVNTATE faciẽnda.

DA, supreme pater, rector, & arbiter,
Vt nos flamma tui flaminis excoquat,
Excoctos vegetet, luce etiam novet,
Expellatq́ chaos pectoris horridum:
Vt nulli studio sit mage deditum,
Quàm quò velle tuum percipiat probè,
Perceptum studeat promtiùs exequi
In cunctisq́ tibi pareat unico.
Promtũ, fac, animis semper, alacribus,
Intentisq́ tuo non malè nutui

Inservire tibi propitio patri,
Et rerum domino sæcla per omnia:
In lætis ita, cêu tristibus indies
Dedamur faciles velle sequi tuum
In vitâ pariter, morteq́: liberis
Id da summe tuis arbiter & pater.

PRO DIVINA PROVIDENTIA.

PAscendæ sobolì parens superne.
Panem suppedita cotidianum
Victum sufficè largus, atque amictum,
Et quod nostra necessitas requirit.
Ne simus, prohibeto, avariores,
Aut, quàm conveniat, tenaciores:
Contenti modicisq́, reculisq́
Divinâ benedictione partis,
Acceptum referamus id tibi uni,
In usumq́ piæ fruitionis
Læta mente, manuq́ liberali,
(Altores inopum) omne collocemus:
Gnari, quòd sua cuilibet diei
Sit afflictio, ne qua crastinorum
Mentem cura remordeat dierum
Vt nunq̃ dubitemus in futurum,
Quòd cœlestia regna quæritantes
Primò Iustitiam vel eius à te

Tandem

Tandem cætera quæq; consequemur:
Vno patre Deo, *datoréq; omnis*
Boni, largifluiq; fonte amoris:
Qui vis & potes universa solus
Largiri undiq; commodos per usus
In cuius sita sunt, eruntq; dextrâ.
Pascendæ soboli cotidianum
Panem suppedita, parens superne.

PRO DEI PHILANTHROPIA.

E Largire, pater benigne, proli
Flagitij veniam munere gratuito.
Omnis da sceleris remissionem
Totius & culpæ, pro pietate tuâ.
Ad quem nos etiam modum reducti,
Fratribus ex animo crimina missa damus:
Ipsorum vel iniqvitate læsi,
Reddimus haud damnis damna, dolumvé dolo,
Vindictam tibi tradimus quoq; omnem:
Omnis enim soli competit illa Deo.
Clemens, longanimis, favens modestis,
Ille pijs novit parcere supplicibus:
Debellare animos superbientûm
Scit, solet, atq; potest omnipotente manu.
Det, concordia christiana crescat
Hîc, alibiq;, inter nos, & ubiq; loci.

Concor-

Concordes animis in universum
Consilij auxilio, fac, sociemur ita,
Vt unâ quasi mente, simus unum
Cor, aliosq; alij sustineamus ope,
Quâ fiant tibi grata cuncta per nos,
Qui potes atq; soles iustificare reos:
Hi tecum faciant, colantvé pacem,
Turba Deo rursum conciliata patri,
In portumq; benignitatis Iæ,
Exposita in Christum Iusticiâ Fidei,
Sit secura mali, sequax quietis,
Nec metuat sceleris se cruciantis onus,
In luctâ quoq; conscientiarum
Stet bene firma modis insuperabilibus.
Elargire, pater benigne, proli
Flagitij veniam munere gratuito.

PRO VICTORIA TENTATIONUM.

Non sinas, nec des, genitor supreme,
Nos tua ut proles Satanæ maligni
Artibus, tentaminis aut per æstum
Illaqueemur,
Neu dolis aut vi capiamur ullâ
Istius Mundi malè feriati
Carnis aut nostræ pedicis retenti,
Sub iuga eamus:

Sed tuo sic nos moderare flatu,
Hostium ut robur superemus ipso,
Atq; cum Mundo, Satanâq; carnem
Edomitemus.

Possumus nos, te sine nil, at in te
Vnico: per te mala cuncta solum
Vincimus: pressi crucibus molestis
Totius ævi.

AD IEHOVAM SOSPI-tatorem.

E malis prolem, pater alte, cunctis,
Rex, Sospitatorq; eripe,
Rebus adversis simul, & secundis,
His ne excidat, illis concidat:
Corporis ne quando animiq; fracta
Fat hiscat ægritudine,
Donec innatam vitiositatem
Ponamus hoc in corpore:
Sensibus, necnon animis novati
Integritate pristinâ,
Exules aut hinc remigremus olim
In patriam cœli arduam:
Aut beatorum repetamus oras,
Iuncti supernis cœtibus,
Luce perfusi quoq; sempiternâ
Et lætitiâ cœlestium,

Semper

Semper aspectuq; tuo fruamur,
Tuâq; voce, IEHOVA,
Cuius est regnum, decus, & potestas,
Et finis expers, gloria.

CARMEN SECVLARE
Seu IESV CHRISTI precatio ardentiss: pro Apostolis eorumq; auditoribus omnium sæculorum.

IAm satis terra pelagoq; passus
Plurima, ad te nunc, Pater alte, tollo
Lumina: est tempus mihi, & instat hora
Mortis agone.
Non in hac ô me sobolem relinquas,
Sed mage illustres: per eam ut vicissim
Clarus in toto celebreris orbe
Clarificandus.
Omnis id vivens ita scire quibit,
Ipse quòd vitam in me habeam pevennem,
Hancq; largiri valeam meorum
Cûiq; petenti.
Tu potestatem mihi contulisti
Gentis humanæ cupido salutis:
Da pyis vitam quoq; sempiternam:
Me duce partam.

Illa verò hæc est, homines ut omnes
Te Deum noscant sine fine & ortu,
Simplicem & verum, his quoq; quem dedisti,
CHRISTON IESVM.
Nomina in terris tua nota feci,
Quod mihi iniunxtiq; opus, id peregi.
Tu sed adiutor meus hanc fidelis
Esto sub horam.
Gloriâ me iam decora priori
Quàm foret Mundus, reliqua & creata:
Notus ut sanctis gregibus patescam,
Demq; salutem.
De clientela quoniam maligni
Segreges mundi, tua verba servant,
Sunt meæ vocis pariter sequaces,
Hos, rogo, serua.
Me sciunt abs te siquidem profectum,
Vt pij partam referant salutem
A te & à me una: Patre perbenigno,
Fratreq; charo.
Postulo Mundo nihil huius, ut nec
Fœcibus Mundi: benè sit, requiro,
Seruulis, cultoribus & beandis
Cœtibus olim.
Sunt mihi communia quæq; tecum
Et tibi mecum: per eos fideles

Nuncios

Nuncios abs te mihi destinatos
Glorificabor.
Non ego in Mundo mage dego, ut isti
Assectæ nostri sub Apostolatûs
Sorte mundanis odio, piacli
Instar, habentur.
Mundus adversos sibi, sicut & me,
Odit impensè, quia de grege eius
Non sumus: tolli hinc volo non eos, at
Haud violari.
Consecra nostros tibi veritatem
Per tuam, scuto Fidei Speiq3:
Veritas sermo tuus ambidextri est
Ensis acumen.
Ceu fui missus prior à te in Orbem:
Sic eos mitto tibi consecratos,
Et mei mittam laterù redemtos
Sanguine fuso.
Sint pijs testes reduci perennis
Omnibus vitæ mihi crediturîs,
De meæ ipsorum quoq3 concioni
Munere sortis.
Ergo te accedo necis hoc agone:
Per tuum nostros, pater alme, nomen
Hos, volo, servari ego: sint ut unum,
Quod sumus ambo.

Cùm forem in mundo, potui fideles
Hos, & his iunctos alios tueri
Per tui cultûs sacrosancta noti
Nomina passim.
Tu dedisti quos mihi cunq3, nullum
Perdidi ex ipsis, nisi, qui sua ultrò
Perdidit culpâ rabieq3 sese
Proditor ipsum:
Teste Psalmista, quòd Episcopatum
Traditum per me sibi, digniori
Sit relicturus meliore sorte
Iscariotes.
Ergo nunc ad te venio reversus,
Hæc & in Mundo loquor: hoc ut omni
Gaudio utantur recreationis
Vitâ obituq3.
Nos duo unum cêu sumus, oro, nostri
Sint ita uniti stabilesq3 semper,
Donec in vitam quoq3 transferantur
Fine carentem:
Mundus ut credat malè feriatus,
Miseris quòd me, sed ego hosce mitto
Gloriâ ornandos, mihi tecum ab omni
Quæ viget ævo.
Sint, volo, mecum, maneant q3 mecum,
Aquæus notus celebrêre in ævum.

Cùm

Perdito

Errata.

Perdito Mundum, quia per me & illos
Doctus abundè,]
Nomina ingratus tua ſprevit & nunc
Spernit, ac ſpernet, video ut, ſed illi
Te colent in me Duce confitendo
Morte vel ipſa.
Fac, ut æterna nece liberatis,
Emanes in me veluti tu, in ipſis
Sic ego durans quoq; amore firmo
Ipſe perennem.

Gratia Chriſte, *tibi, Mundi Servator* Iēsv
Cum Patre, cum Flatu gratia, Chriſte *tibi.*

Errata craſſiora Lector ſic corrigat & legat: F folium fa: faciē. v. verſum, ſolisq; à metris numeret.

F. 1. fa: 2. v. 22. verè ca: F. 5. fa: 1. v. 9. tur. F. 7 fa: 2. v. 22. Isil: F. 11. fa: 1 v. 19. Tempris il: Ib: fa: 2. v. 16. ītui: F. 15. fa: 1. v. 23. Meſtan. F. 22. fa: 2. v. 4. ēdat. F. 34, fa: 1. v. ultimo hoc metrum ſubſtituatur:

Ieruſalem ſacris contraria vatibus ſubindè,
Mactas Dei *ad te nuncios euntes.*
Orbe quidem toto ingratiſſima tu una civitatum,
Spernis favorem, Chriſte *ais, meum in te:*
Quam volui, pullos alis quaſi galla mi aggregare,
Tu ni maligne contumax fuiſſes.

Errata.

Hinc fuerit deſerta domus tibi, abominabilisq3
Donec revertar Cenſor hunc in Orbem.

F. 39. fa: 2. v. 1.: abo ſup: F. 43. fa: 2 tit: Ezech: lb: v. ult: &. F. 44. fa: 2. v. 9. lapſu. F. 45. fa: 1. v. 18 horũ erit ſed lb: fa: 2. v. 4. meũ eſtis vos F. 46. fa: 1. v. 8. ſpecto. lb: fa: 2. v 6. aſecla. F. 52. fa: 1. v 21. Ex de: F. 70. fa: 2. v. 3. ſup: Et ſacus ſtupere cũctos è ſacratis cœtibus. lb: v. ult: ſic lb: v. 12. Sumit: F. 76. fa: 1. v 20. adap: F. 87. fa: 2. v. peult: rũ agones. F. 89. fa: 2. v. 2. canit ad. lb: v. 16. mus ei. F. 90. fa: 2 v. 11 ſtructura utriusq3 cõpetẽter. F. 95. fa: 1. v. 11. Cõditur à Genijs neſcio at Iſrahele. lb: v. 13. Dignati Iouæ ſæpius alloquio. lb: fa: 2. v. 16. ſint ſibi p: lb: v. 15. Cederet ut maior ſtir: F. 97. fa: 2. tit: Militis. F. 99 fa: 2 v. 4 lã cõp: F. 100. fa: 1. v. 1. Nec nõ ĩgenui Martyre pectoris F. 101. fa: v. 1. placare. F. 104. fa: 2. v. 14. virgo. F. 105. fa. 2. v. 2. ꝑpes vas. lb: v. 7. ꝑbè lb: v. 9. tur eſſe. lb: v. 10. pore nota. lb: v. 20. Inſuffles. F. 106. fa: v. 7. excuſ: F. 108. fa: 1. v. 2. Nu: lb: v. 5. bilẽ nũ: lb: fa: 2. v. 15. Sodomæ las: F. 109 fa: 1. v. 15. eſt quo. F. 114 fa: 1. v. 10. Ritè. F. 124. fa: 1. v 3. Ades. F 125. fa: 1. v. 7. oſclũ. f. 126. fa: 1. v 6 fremitu. F. 127. fa: 2. v. 6. Sors nil ſecũda. lb: v. 15 ꝑfidis. F. 128. fa: 1. v 11. rep: lb v. 22. aud: F. 129. fa: 2. v. 4. Chriſtũ. F. 136. fa: 1. v. 8. ꝑpitq3. F. 143. fa: 1. v 12 illis.

Vitia Orthographica facilè deprehendẽtur boniq3 cõſulẽtur

PROSOPOP: FARRAGINIS.

QVæ prima farrago, (sacris pangens metris
IMANVELEM, qui fidelium gregi
A Patre factus est DEO Sapientia
Cum iustitiâ, redemptioq; & sanctitas)
In publicum nunc prodeo, lucem ut feram
Illo auspice ac ductore, qui lux, veritas
Via atq; vita solus est fidelibus
Toto orbe collectis DEI Verbo, & Fide,
Hanc cum meis sequacibus sororculis
Farraginibusvè, iam professa his in libris,
Facebor olim, dante CHRISTO Messia
Fruare, Lector, éditis, tua & meis
Conjunge votis vota: ne noster labor,
In nomine susceptus DEI, sit irritus:
Laudi sed ejus gloriæq; serviat
Profitq; multis, obsit autem nemini,
Id faxit alma Patris Aura, & Nati. AMEN.



DFG
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154151122-21683239X-17/fragment/page=0401



ALVENSLEBEN
U
240

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-21683239X-17/fragment/page=0403



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-21683239X-17/fragment/page=0404



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-21683239X-17/fragment/page=0405



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-21683239X-17/fragment/page=0406

Thomæ Mitis Lymusæi

SYNOPSIS BIBLICAE LIBRI V. ET TOTIDEM CORONIDES cum Corollario & Carmine Sæculari.

PRIMA FARRAGO SACRORVM METRORVM, *in quorum genera suo posita loco tabellæ, quomodo etiam Præfatio viri Clariss:* GEORGII *à* SVDETIS, *Medicinæ Doct: invenientur.*

II 240

PROTESTATIO AVTORIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-21683239X-17/fragment/page=0407